Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

UNIVERSIDAD COMPLUTENSE
5324883255
D
54833
L55456450
Digitized by Google

#

BIBLIOTHEEK THEOL. COLLEGE S.J.
MAASTRICHT

3113 E 13

acc Guy

Digitized by Google

D
54833

Digitized by Google

4042 - Portico 2007 / 20706951

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIQUITATUM ROMANARUM

BREVIS DESCRIPTIO,

EX G. H. NIEUPOORTIO

CONCINNATA,

IN USUM SCHOLARUM,

Editio tertia auctior et emendatior.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD A. ET J. HONKOOP,

MDCCCXVIII.

Digitized by Google

Quod enim munus Reipublicae offerre majus meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus juventutem; his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda ac coërcenda sit.

CICERO.

BIBLIOTHECA
COLLEGII MAXIMI
TRAIECTENSIS.

Digitized by Google

ANTIQUITATUM ROMANARUM BREVIS DESCRIPTIO

PARS PRIMA.

DE URBE ROMA.

Unde urbis Romae origo repetenda?

Ab Albanis, Latinis, aliisque populis, qui, auctore Romulo, urbem *auxerunt*, quod Latinus etiam *condere* dicitur.

Quando condita est?

Non constat, sed non sine veri specie anno III. Olymp. VI. A. C. N. DCCLIV. condita videtur.

Quo die?

Ex vulgata opinione XI. Kal. Mai. quo die *Palilia* Romae celebrata leguntur.

Ubi sita haec urbs?

Prope Tiberim in media Italiae parte.

Unde septicollis dicitur?

Quia *septem collibus* fuit imposita.

Quinam hi sunt?

Palatinus, Capitolinus, Quirinalis, Aventinus, Coelius, Esquilinus, Viminalis.

Utrum hi omnes statim urbe sunt inclusi?

Non; Romuli tempore Palatinus tantum urbis partem constituebat, sed postea fines sunt prolati, et reliqui pomoerio inclusi.

Quid erat pomoerium?

Locus ante et post murum, quem neque habitare, neque arare licebat, et quem proferebant, quoties urbis moenia extendebantur.

Digitized by Google

Unde incrementa cepit nova urbs?

A Regibus, Romulo, Numa Pompilio, Tullo Hostilio, Anco Martio, Tarquinio Prisco, Servio Tullio, Tarquinio Superbo.

Num aliae etiam Romanae magnitudinis causae fuerunt?

Multae: Aucta admodum fuit urbs a quo tempore Sabini, Rege Tito Tatio, qui una cum Romulo regnavit, Romae sedem fixerunt: dein deleta Alba: porro asylo (1), quod Romulus aperuit: praeterea prudenti illo Romanorum consilio, quo victos non occiderent, sed in civitatem reciperent etc.

Quomodo divisa est haec urbs?

In XIV. regiones.

Quaenam sunt?

I. Porta Capena, II. Coelimontium, III. Isis et Serapis moneta, IV. Via sacra, V. Esquilina, VI. Alta semita, VII. Via lata, VIII. Forum Romanum, IX. Circus Flaminius, X. Palatium, XI. Circus maximus, XII. Piscina publica, XIII. Aventinus, XIV. Regio Transtiberina.

Utrum ab initio statim urbs ita descripta fuit?

Non; Romulus divisit in tres partes, quartam adjecit Serv. Tullius, et demum Augustus Imperator XIV. constituit.

Cujusque regionis partes quomodo dividuntur?

In majores et minores.

Quaenam praecipuae majores?

Aquaeductus, Campi, Castra, Circi, Fora, Viae, Rostra.

Qui erant Aquaeductus?

Erant canales subterranei, per quos aqua aliunde in urbem deducebatur.

Unde nomen acceperunt?

I. Ab eo, qui eos in urbem duxerat: ut aqua Claudia etc. II. a Loco, unde provenerant, ut aqua Simmia, quia e monte Simmio credebatur profluere.

Qui

(1) *Asylum*, ἄσυλον, ex α priv. et συλάω, *deprædo*, *eripio*, *lædo*, est igitur locus in quo neminem laedere licet.

Quinam sunt Campi?

Loca aedificiis vacua, variis usibus destinata.

Quinam praecipui?

Esquilinus, Vaticanus, Florae, sed prae reliquis celebratur Martius.

Martius ubi situs erat?

Inter Tiberim et urbem, unde etiam Tiberinus dicitur, et per excellentiam *Campus*.

Unde vocatur Martius?

Quia post reges publice *Marti* fuit sacratus.

Castra quae fuerunt?

Munimenta urbis.

Quae fuere praecipua?

Praetoriana, a Tiberio exstructa, quibus praeërat Praefectus praetorio.

Utrum semper manserunt?

Non; Constantinus Magnus, exauctorato milite Praetoriano, eorum sedem delevit.

Qui Circi?

Loci in quibus ludi habebantur.

Quinam erant praecipui?

Circus Flaminius, Antonini, Caracallae, Aureliani, Florae, Alexandri, Domitiae, etc. Sed clarissimus est Circus Maximus.

Ubi hic erat?

In latere meridionali montis Palatini.

Fora quotuplicia?

Duplicia: alia in quibus jus dicebatur, alia in quibus merces venum exponebantur.

Quot fora civilia numerantur?

Tria; Forum vetus, Caesaris, et Augusti.

Digitized by Google

Forum vetus a quo conditum?

a Romulo inter montem Capitolinum et Palatinum.

Forum Julium a quo conditum?

a Julio Caesare ex manubiis Gallicis, quod dein instauravit Domitianus. Augusti forum, ab Augusto postea est additum.

Num alia fora fuerunt?

Varia: uti Nervae, Traiani etc. quae a conditoribus nomen acceperunt.

Fora, in quibus merces exponebantur, quaenam erant?

Varia: e. g. Boarium, Piscarium, Olitorium, ubi esculenta, et potus delicatiores vendebantur; Suburanum, ubi res ad vitam maxime necessariae prostabant.

Viae quotuplices?

Publicae vel privatae.

Quae publicae?

Quarum solum ad Rempublicam pertinebat.

Quae privatae?

Quas quis in suo, vel in vicini agro servitutis jure habebat.

Quomodo distinguebantur publicae?

Inter eas quae intra, et quae extra urbem erant.

Quae intra urbem erant?

Via Collatina, Momentana, Via sacra etc.

Quae extra eam?

Flaminia, Vaticana, Praenestina etc. Praecipua vero earum erat Via Appia, ideo *viarum regina* appellata.

Quomodo spatium, id est distantiam locorum significabant?

Per lapides; post singulos enim mille passus lapides in speciem columnae ponebantur, in quibus notatum erat, quot millia passuum singuli lapides abessent a viae principio.

Rostra

Digitized by Google

Rostra quid fuerunt?

Erat locus ante curiam in foro, ubi conciones habebantur ad populum: ita dicebantur, quia vel facta, vel ornata erant *rostris*, id est *partibus navium bellicarum anterioribus*, quae hostibus fuerant ereptae.

Quae erant partes minores?

Aedificia publica, ut Balnea, Porticus, Thermae, Theatra, Bibliothecae, Templa, Atria etc.

Quid Balnea erant?

Loca, in quibus sordes corporis, per sudorem, aliasque causas ortas, solebant abluere.

Quae erant praecipua?

Neronis, matrisque ejus Agrippinae, Claudii etc.

Quae porticus fuerunt?

Aedificia, quae vel necessitatis, vel voluptatis causa struebantur, et interdum aedibus sacris publicis, aliquando etiam privatis virorum illustrium adjiciebantur.

Unde nomen acceperunt?

I. a Deorum templis, ut Quirini, Herculis. II. Ab auctoribus, ut Pompeja, Flavja. III. A. locis adjectis, ut Amphitheatris, Campis, Circis etc.

Quotuplicis generis erant Thermae?

Duplicis, vel Aestivae vel Hiemales.

Quibus inserviebant?

Solis Imperatoribus privatim, postea vero cum populo sunt communicatae.

Theatra quomodo condita?

In formam semi-circuli, cujus ab utroque cornu scenae erant.

Quomodo Amphitheatra?

Forma circulari ovali, vel oblonga.

Quot fuere Theatra et Amphitheatra?

Theatra vulgo memorantur Balbi, Marcelli, Lapideum

Digitized by Google

vel Pompeli. Amphitheatra tria: Magnum, Castrense, et Tauri Statilii.

Bibliothecae quotuplices?

Publicae vel privatae.

Quae fuere praecipuae?

I. Apollinis Palatini. II. Octavii. III. Asinii Pollionis; multae praeterea fuerunt in Atrio Libertatis; et post Augustum in templo Trajani, aliisque locis.

Quot Templa Romae fuerunt?

Innumera: ita ut secundum nonnullos eorum multitudo numerum CCCC. excedat.

Cujus erant formae?

Antea erant rotunda, postea vero quadrata fuerunt.

Quae erat Area templi?

Spatium, quod aedificio vacuum ante templum relinquebatur.

Locus aris et statuis dicatus, quomodo dicebatur?

Adytum: ex α privante et δύω, quia nemini licebat ingredi, nisi sacerdoti.

Quodnam templum fuit celebratissimum?

Jovis Capitolini, conditum in rupe Tarpeja et a splendore *aureum* dictum.

Atria quotuplicia?

Duplicia: publica et privata.

Quaenam erant publica?

Loca templis adjecta, quorum praecipuum erat Atrium Libertatis, in monte Aventino exstructum.

Quae privata?

Loca privatorum aedibus annexa, in quibus majorum imagines servabantur.

Quid erant statuae?

Imagines in honorem privatorum positae.

Quis

Digitized by Google

Quis earum usus fuit?

Primis temporibus, ut, rebus fortiter gestis, de republica bene merentibus aliquod praemium statueretur, oculisque legentium ingereretur; dein vero eruditione et doctrina praestantibus idem honor est decretus.

Jus statuarum a quibus concessum?

In urbe, libera republica, a senatu; erepta autem libertate, Imperatoris decreto: in provinciis, a magistratibus municipalibus dabatur.

Quomodo distinguebantur?

In triumphales, pedestres, et equestres.

Quaenam Triumphales?

Quae occasione triumphi ponebantur.

Quaenam Pedestres?

Erant Regum Principumque, et manus habebant exsertas, quarum una clypeum praetendebat, altera imperantis specie extendebatur.

Quaenam Equestres?

Quae bellicos Ducum labores et habitus referebant, quare ense erant ornatae, et non nisi gravissimis de causis concedebantur.

Utrum aliae etiam inveniebantur?

Plurimae: uti togatae, quarum operimenta togam videbantur assimulare; dein etiam, quae a privatis in honorem amicorum mortuorum ponebantur, etc.

Qua materia fiebant?

Primis temporibus ex cupresso, et cedro; postea ex aere, plumbo, vel marmore; et, crescente luxu, ex auro vel argento.

Utrum praeter statuas, alia etiam erant publici honoris indicia?

Memorantur etiam columnae, quae inscriptionibus, aliisve modis indicabant, cui, et quare positae essent.

Digitized by Google

Quaenam harum sunt clarissimae?

Columna Trajani, et Rostrata.

Ubi illa Trajani erat posita?

In Foro Trajano a Senatu ipsi posita est: Haec circumquaque rerum a Trajano gestarum summam mira arte habebat caelatam, imprimis vero Dacicum bellum; in ejus summo Trajani ossa in pila aurea condita servabantur.

Utrum alta erat?

CLXXIII. gradus ad summum fastigium adscensum praebebant: pedibus CXXVIII, vel, ut Eutropius scribit CXLIV, ejus altitudo definitur.

Quae est columna Rostrata?

Est columna in honorem Duillii posita.

Qua occasione?

Haec posita est victis mari Carthaginiensibus A. V. CCCCXCIV, quo tempore Duillius navalem triumphum egit.

Unde Rostrata *dicitur?*

Quia *Rostra* navium, hostibus ereptarum, ei erant adfixa.

Horrea quae?

Loca tum frumento servando apta, tum in quibus quaevis pretiosa seponebantur.

Quid Odea?

Loca publica, in quibus agebant Citharoedi. Dicta sunt ab ᾠδὴ cantus, et fuerunt praesertim quatuor.

Scholae quotuplices?

Publicae vel privatae.

Ubi erant?

In Porticibus: ubi docebant Philosophi.

Quae schola maxime excellebat inter publicas?

Athenaeum, juxta Capitolium constitutum ab Hadriano Imperatore.

Qui-

Digitized by Google

Quinam ibi docebant?

Rhetores, Grammatici, et Sophistae.

Sepulcra ubi erant?

Potissimum exstruebantur juxta vias, maxime juxta viam Appiam.

Utrum igitur nulla fuerunt in urbe?

Fuerunt, e. g. Mausoleum Augusti, Moles Hadriani etc.

Quae erant Tabernae?

Loca ubi merces vendebantur: etiam erant argentariae, ubi pecuniam foenori dabant.

Quot portas habuit urbs?

In initio IV, sed numerus ad XXV excrevit.

Aedes Romanorum utrum splendidae?

Antea non, sed postea magnificae struebantur.

Utrum altitudo aedium erat definita?

Erat, ne aër interciperetur, aut vicinis crearetur periculum; et quidem tempore Augusti ad LXX pedes struere licuit, sed earum altitudinem coercuit Nero.

PARS SECUNDA.

DE DIIS, EORUMQUE CULTU.

Quomodo Dii distinguebantur?

Dii distinguebantur in Deos Majorum et Minorum gentium.

Quinam sunt Dii majorum gentium?

Majorum gentium Dii erant Duodecim, his versiculis comprehensi:

Juno, Vesta, Minerva Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovi, Neptunus, Vulcanus, Apollo;

qui *Consentes* dicti sunt, ab antiquo verbo *conso*, id est *consulo*.

Qui-

Digitized by Google

Quinam porro ad majorum gentium Deos referuntur?

Octo selecti: *Janus*, *Saturnus*, *Rhea*, *Genius*, *Pluto*, *Bacchus*, *Sol*, et *Luna*.

Quo pertinent Lares et Penates?

Lares et Penates sunt affines Geniis.

Qui sunt Lares, sive Penates?

Lares, sive Penates erant Dii, qui prae aliis eligebantur, ut uni urbi vel domui praeessent.

Cur hi vocabantur Patrii?

Quia erant haereditarii Familiis.

Ubi servabant hos Lares?

Quisque eorum imagines domi suae intimis in penetralibus habebat, qui locus *Lararium* dicebatur.

Quomodo ornabant hos Lares?

Floribus et sertis eos ornabant: peregre abeuntes, vel redeuntes hos Penates salutabant.

Quem usum habebant hi Lares?

Hi domos custodire putabantur, quare illis apponebatur canis.

Voces Lares *et* Penates *quid interdum significant?*

Lares et Penates saepe pro *ipsis aedibus* ponuntur.

Quinam Dii sunt minorum gentium?

Ad Deos minorum gentium pertinent Dii Indigetes, Semones, Virtutes et Adfectiones animi, etiam Dii agrestes, marini, sylvarum, aquarum, et fluminum.

Quinam dicuntur Indigetes?

Qui propter merita in Deos sunt relati, quorum praecipui fuerunt Quirinus, Hercules, Castor et Pollux. Aeneas etc. etiam Imperatores in Deos relati per ἀποθέωσιν; alio nomine *Heroes* dicuntur.

Quinam Semones?

Semones dicti sunt, quasi *Semihomines*, et erant, quos

quos ob meriti paupertatem nec coelo adscriberent, nec propter gratam memoriam terrenos esse vellent; quales sunt Priapus, Hippona, Vertumnus etc.

Quae Virtutes et animi Adfectiones Dearum instar cultae?

Mens, Fides, Pietas, Virtus et Honor, Fortuna, Libertas, Pax, Quies etc.

Quinam Dii dicuntur Peregrini?

Primis temporibus sacra peregrina Romae non ferebantur, sed, prolato imperio, aliarum gentium maxime Aegyptiorum sacra in urbem recepta sunt.

Quinam Dii huc referendi?

Isis, Osiris et Serapis, Anubis etc.

DE LOCIS SACRIS.

Ubi peragebantur sacra?

Loca, ubi sacra peragebantur, erant templa, fana delubra, sacella et luci.

Quid templum?

Lato sensu templum est omne illud spatium, quod oculis metimur; eximie spatium illud, quod Augures lituo describebant; strictius vero locus, ab Auguribus consecratus, et Dei alicujus cultui destinatus.

Quid fanum?

Locus aedificio vacuus, sed a Pontifice dedicatus, forte a *fando*, quia Pontifex tum certa verba *fabatur*, ita dictus.

Quid delubrum?

Delubrum fortasse fuit, ubi Deus est positus, sed quid proprie fuerit incertum est: in genere de quavis aede sacra ponitur.

Qui-

Digitized by Google

Quid sacellum?

Sacellum est locus sacer, muro tantum septus, sine tecto; sed de quavis aede sacra, praesertim parva, ponitur.

Lucus quid?

Luci erant sylvae Diis sacrae, a *lucendo* dicti.

DE PRECIBUS.

Quinam erat ritus precandi?

Precabantur plerumque stantes, et ad orientem conversi, velato capite, ac vestibus solutis; dextram *ori* admovebant, unde dicitur *adorare* et *adoratio*.

Quo nomine vocabant Deos?

Deos suo nomine compellabant, vel etiam variis nominibus.

Quid precibus vulgo addebant?

Vota, quae *nuncupabant*, et *concipiebant*.

Quid illud significat?

Id est, donum aliquod Diis promittebant, si voti fierent compotes.

Quaenam erant formulae solennes in hac re?

Qui rem accipiebant, quam petierant, dicebantur *voti damnari*. et, qui dabat, quod erat pollicitus, dicebatur *solvere votum*.

Quotuplex est Supplicatio?

Supplicatio erat duplex: primo fiebat ad averruncanda mala omina, et ad iram Deorum deprecandam: nobis *con biddag*: eaque durabat unum, duos, vel tres dies.

Ubi fiebat talis supplicatio?

Aliquando fiebat in certo alicujus Dei templo, aliquando in omnibus templis, idque vocabant *ad omnia pulvinaria*.

Quae-

Digitized by Google

Quaenam erat altera supplicatio?

Secunda supplicatio fiebat ob res laetas, in honorem belli Ducis, cum Diis pro victoria gratiae agebantur, nobis *een dankdag*.

Quid est Lectisternium?

Lectisternium erat quasi convivium, quo Deos excipiebant; nam Diis *sternebantur lecti*, qui vocabantur *pulvinaria*, et in iis ad mensam, cibis repletam, Deorum ponebantur imagines.

Cujus jussu haec Lectisternia peragebantur?

Haec lectisternia peragebantur, monitu Quindecim virorum sacris faciundis.

Quis curabat et consumebat haec convivia?

Ea convivia a Septem-viris Epulonibus curabantur, qui etiam cibos in suum usum convertebant.

An etiam Deabus lectisternia parabantur?

Deabus non *lecti sternebantur*, sed *sellae* ponebantur, idque vocabant *Sellisternium*, sive *Solisternium*.

DE SACRIFICIIS.

Sacrificare unde componitur?

Sacrificare componitur ex *sacra* et *facere*: unde *facere* saepe simpliciter, de *sacrificio* dicitur, ut ἔρδειν et ἱέναι apud Graecos.

Quaenam in ritibus sacrificiorum spectantur?

In ritibus sacrificiorum spectantur haec tria: personae, hostiae, et sacrificium ipsum.

Quid observabatur in personis?

I. Personae casti debebant adire Deos, et nullo scelere polluti esse. II. Ante sese lavare debebant, ad quem usum juxta templa vasa erant posita. III. Debebant esse solutis vestibus.

Hos-

Hostiae quid sunt?

Animalia, quae Diis offerebantur, vocabantur *hostiae* vel *victimae*, quae voces passim inter se confunduntur, licet proprie differant.

Quid requirebatur in hostiis?

In his requirebatur, ut essent: I. *Mites*, non ferae, et *sine ulla labe*: II. *E grege lectae*, unde *egregiae*, *eximiae*, *lectae*, dicuntur; et, si esset animal, quod ad agriculturam faceret, requirebatur, ut *jugum passum non esset*.

Quomodo ornabantur hostiae?

Hostiae ornabantur coronis, et vittis; praeterea cornua deaurabantur.

Quid in ipso sacrificio observabatur?

I. In ipso sacrificio indicebatur silentium, et sacerdos dicebat: *favete linguis*.

Quid illud est favete linguis?

Hoc fiebat vel tacendo, vel etiam temperando a verbis male ominatis: deinde profani, et impuri ablegabantur, qui graece dicuntur βέβηλοι.

Quid deinde fiebat?

II. Inter cornua adspergebatur victima *mola salsa*, id est, farre tosto, ex fruge et sale, quod proprie vocabatur *immolatio*.

Quomodo hostia tum dicebatur?

Hostia post immolationem dicebatur *macta*, unde etiam *mactare* ponitur pro *caedere*, *jugulare*, quae verba saevitiam denotare credebantur, ideoque mali erant ominis.

Quid porro?

III. Sacerdos ex sympuvio, vel patera vinum inter cornua effundebat.

Quid quarto?

IV. Ignis accendebatur in ara, qui erat ex lignis aridis, et quidem ex illis arboribus, quae Deo, cui fiebat sacrificium, erant sacrae.

Quid

Digitized by Google

Quid praeterea?

V. Vinum *libabant* merum ex pateris, et thus adolebant. VI. Victima ad aram adducebatur. VII. Victima percutiebatur securi. VIII. Victima excoriabatur, aliquando tota cremabatur, sed plerumque dissecabatur in partes, quarum optimae, ut exta, femora, coxae, dabantur Diis ac Sacerdotibus.

An nihil servabatur ipsis sacrificantibus?

Sacrificantes partem, quae sibi obvenerat, cum amicis comedebant.

Quid fiebat post sacrificium?

Post sacrificium lotis iterum manibus, et precibus quibusdam dictis libabant, quae erat *libatio altera*, et populus dimittebatur voce *licet* vel *extemplo*.

Quaenam erat differentia inter sacrificia, quae fiebant Diis Superis et Inferis?

I. Superis albae hostiae, Inferis nigrae sacrificabantur. II. Hostiarum Superis caesarum cervices retro flectebantur; Inferis pronae percutiebantur.

Quid deinde?

III. Superis ferrum imponebatur; Inferis suppone-batur. IV. Superis sacrificantes abluebantur, Inferis tantum adspergebantur.

Quid praeterea?

V. Superis in ara sanguis adspergebatur; Inferis in scrobe, vel fossa adfundebatur. VI. Libatio Superis fiebat fundendo; Inferis vergendo. VII. Preces ad Superos fiebant manibus in coelum sublatis; Inferis vero, manibus demissis, et pedibus terram percutiendo.

DE LUSTRATIONE.

Quid lustrabatur?

I. Lustrabatur populus et tota urbs. II. Agri. III. Homines singuli privatique, variis de causis.

Que-

Quotuplex est lustratio populi?

Lustratio populi erat duplex: ordinaria, et extraordinaria.

Quando fiebat ordinaria lustratio?

I. Singulis annis fiebat ad tollenda populi peccata, mense Februario, qui inde nomen habet; nam *februare* olim notabat *purgare* et *expiare*. II. In sacris Palilibus mense Octobri.

An nulla praeterea habebatur lustratio?

III. Quinto quoque anno a Censoribus in Campo Martio post censum peractum, eaque fiebat sue, ove, et tauro, unde illa sacrificia vocabantur *Suovetaurilia*; id dicebant *condere lustrum*.

Quaenam erat extraordinaria lustratio?

Extraordinaria urbis ac populi erat lustratio, cum ingens calamitas accidisset, vel grassaretur pestis, vel magnum scelus esset perpetratum.

Quomodo illud sacrificium vocabatur?

Illud Sacrificium Lustrale vocabatur *Amburbium*; quia hostiae circa urbem ducebantur, et hinc *lustrare* saepe notat *ambire*.

Cur vero agri lustrabantur?

Agri lustrabantur pro eorum fertilitate et pecorum sanitate; id sacrificium sacrum erat Cereri.

Quomodo illud vocabatur?

Hoc vocabatur *Ambarvale*, et hostiae *Ambarvales*, quia circum *arva* ducebantur.

Quando homines privati lustrabantur?

Privatorum hominum lustratio erat, si se polluissent caede, cum e bello redirent, cum cadaver attigissent, et multas alias ob causas.

DE

Digitized by Google

DE SACERDOTIBUS.

Quis instituit Sacerdotes?

Hi primum a Rege Numa sunt creati, ex Patriciis, quibus postea alii additi sunt ex plebe.

Mortuo uno sacerdotum quomodo novus instituebatur?

Ipsi sacerdotes jus habebant, si quis ex suo ordine esset mortuus, alium eligendi, quod dicebatur *coöptare;* quae potestas postea illis adempta, et ad populum translata est.

Nonne sacerdotes certis ritibus inaugurabantur?

Qui in pontificum collegium coöptatus erat, debebat certis ritibus inaugurari; et pro introitu dabatur opulentissima coena, unde *Pontificum coena* in proverbium abiit.

Quamdiu retinebant hunc Pontificatum?

Hunc Pontificatum per totam vitam retinebant.

Quale erat munus Pontificum?

Munus Pontificum erat. I. De omnibus causis ad sacra pertinentibus cognoscere. II. De Deorum cultu respondere. III. De sacris rebus condere leges.

Quis erat Pontifex Maximus?

Hic Pontificum collegio praeerat, et fuit ex Patriciis, donec anno quingentesimo tertio, aliquis de Plebe est creatus.

Quinam postea hoc honore functi sunt?

Augustus et reliqui post eum Imperatores, etiam Christiani usque ad Gratianum hoc honore functi sunt.

Quamnam potestatem Pontifex Maximus habebat?

Summam in rebus sacris habebat Pontifex Maximus potestatem, et in omnes personas sacras jurisdictionem aliquam exercebat.

Digitized by Google

Quid requirebatur ad Pontificis Maximi officium?

I. Debebat semper Romae manere. II. Illi non licebat habitare in domo privata, sed in publica, quaeque semper aperta esse debebat, et singulis patere. III. Non erat fas attingere vel adspicere cadaver. IV. Nunquam equo, sed semper curru vehi debebat.

Quaenam erant insignia Pontificis Maximi?

Gerebat togam praetextam, et apicem in capite.

A U G U R E S.

Augur unde nomen habet?

Augur est, quasi *Avigur*, graece οἰωνοσκόπος et οἰωνοπόλος.

Quale erat eorum munus?

Hoc munus erat honorificentissimum, et olim non, nisi viris gravibus, erat datum: nec per totam vitam Auguribus poterat eripi.

Quomodo eorum Princeps vocabatur?

Princeps eorum vocabatur Augur Maximus, sive Magister collegii, et non eligebatur, ut Pontifex Maximus, sed succedebat.

Quid faciebant Augures?

Ex cantu et volatu avium futura praedicebant.

Quomodo hoc fiebat?

Augur orientem sedens spectabat, et baculo incurvo, qui *lituus* vocabatur, coeli partem designabat, quae pars *Templum* dicebatur, et intra quam capi debebat augurium.

Quid tum?

Tum diligentissime observabat, quid in ea templi, id est coeli, parte ostenderetur.

Quae-

Digitized by Google

Quaenam erant aves augurales?

Aves augurales dividebantur in Oscines, et Praepetes; *Oscines* sunt, quae cantu, *Praepetes*, quae volatu signa dabant.

Quaenam sunt aves felices?

Felices maxime habebantur aves rapaces, ut Vultures, Aquilae, item Cornix, Corvus etc.

Quaenam vero sunt infelices?

Inauspicatae erant aves pullae, et nocturnae: ut Bubo, Noctua, Parra, Strix, etc.

Quid dicebat Augur post omina capta?

Si Augur laeta vidisset omina, clamabat: *accipio omen.*

An etiam ex aliis rebus praedicebant?

Praeterea Augures etiam ex tonitru, et fulmine, futura praedicebant, quod vocabatur *servare coelum* vel *de coelo.*

Quomodo haec omina explicabantur?

Si fulmen et tonitru aliquem a laeva parte tetigisset, erat omen faustum, ut et, quando quidem afflabat; non vero urebat.

Quid credebant de loco a fulmine tacto?

Locus fulmine tactus sacer et religiosus erat, et *Bidental* vocabatur; quia tum ibi sacra fiebant *bidente*, id est ove.

Num praeterea aliud erat augurii genus?

Tertium Augurii genus est, quod capiebant de pullis, quibus pultem vel offam objiciebant: si avide hunc cibum comederent, bonum erat omen, idque vocabatur *Tripudium solistimum* et *terripavium*: si vero edere nolebant, vel e cavea avolabant, tristissimum habebatur augurium.

Ubi servabantur hi Pulli?

In templo, vel etiam in classe et exercitu, cavea habebant cum pullis.

An haec omina erant certa?

Omnia haec augurìa erant vana, et incerta, et à prudentioribus inter Romanos ludibrio habebantur: plerumque tamen ita erant instituta, ut secundum naturae ordinem, laeta potius, quam tristia, esse deberent.

Quaenam erant insignia Augurum?

Gerebant trabeam bis tinctam ex purpura et cocco.

HARUSPICES.

Haruspices quinam, et unde nomen habent?

Erant multo viliores, quam Augures: ita dicuntur ab *Haruga*, quae vox Etrusca lingua notabat *victimam*. et ab antiquo verbo *specio*, unde *spacto*; itaque contractum est ex *harugispex*: vocantur etiam *Extispices*, eorumque ars dicitur *Extispicium*.

Quale erat eorum munus?

Munus illorum versabatur circa immolatas hostias, ut inde futura coniicerent.

Quando igitur victimam inspiciebant?

Attendebant ad victimam, I. Ante mactationem: II. In ipsa, et III. Post eam.

Quid observabant ante mactationem?

Ante mactationem observabant: I. An hostia esset perfecta et sine ulla labe. II. An placide ad aram veniret; quod erat boni ominis: nam si trahi debebat, infelix omen habebatur; unde non dicebant *trahere*, sed *ducere*, victimam ad aram.

Quodnam erat pessimum omen?

Pessimum erat omen, si aufugeret, et talis hostia vocabatur *effugia*, cui debebat tunc *succedere* alia, quae dicebatur *succedanea*.

An

Digitized by Google

An malum aliud erat omen?

Etiam mali ominis habebatur, si ante ictum caderet.

Quid observabant in mactatione?

In ipsa mactatione observabant, an largus, et sanus effluereet sanguis; tunc eripiebant exta, eaque inspiciebant, quod vocabant *consulere exta*, et hinc ipsa exta dicuntur *monere* hoc vel illud.

Quid, si omnia bene se haberent?

Si omnia se bene habebant, et prospera promittebant, dicebatur illa victima *litare*, et Numen placatum esse credebatur.

Quid, si non litaret?

Si non litabat, alia victima debebat succedere, donec *perlitabat*.

Quid post mactationem observabant?

Post mactationem ex flamma captabant omina, quae ars graece dicitur καπνομαντεία et πυρομαντεία.

Quando erat boni ominis?

Si flamma erat clara, et una cum fumo adscenderet, bonum erat omen.

Quando mali ominis?

Malum erat omen, si flamma quateretur obliqua, et in plures linguas se divideret.

Quid pessimum?

Pessimum erat omen, si flamma plane exstingueretur.

DUUMVIRI, DECEMVIRI, ET QUINDECIMVIRI.

Quale fuit illud Duumvirorum, etc. collegium?

Collegium hoc fuit honoratissimum.

Digitized by Google

Quando sunt instituti?

Cum Tarquinius (sive is Priscus, sive Superbus fuerit) tres libros Sibyllinos, qui fata Romanorum continere dicebantur, a Sibylla quadam Cumaea emisset, eorum custodiam tradidit duobus viris nobilibus, qui vocabantur *Duumviri libris Sibyllinis inspiciundis*, vel *sacris faciundis.*

An semper duo fuerunt?

Non: postea creati sunt decemviri, et tandem, Syllae tempore, quindecimviri.

Quomodo vocabatur primus eorum?

Primus eorum vocabatur, Collegii Magister.

Quid faciebant hi viri?

Debebant hos libros, qui in templo Jovis Capitolini sub terra reconditi erant, custodire, eosque difficili Reipublicae tempore, vel cum aliquod portentum esset nunciatum, inspicere; quod nemini, nisi his, licebat.

An illud faciebant propria auctoritate?

Non, sed jussu Senatus, quaeque legissent ad Senatum referebant: tum sacrificia, aliaque, quae libri illi praescribebant, procurabant.

Quid praeterea curabant?

Praesertim etiam ludi saeculares illorum curae erant commissi.

Quid tandem de his libris factum est?

Hi libri Sibyllini una cum Capitolio sunt combusti, et tunc alios confecerunt.

VIRGINES VESTALES.

Quae sunt Virgines Vestales?

Sacerdotes erant Deae Vestae, et a Pontifice Maxime eligebantur, sive, ut proprie dicebant, *capiebantur.*

Qua

Qua aetate debebant esse?

Non debebant minores esse annis decem, nec majores annis viginti.

Quibus legibus erant obstrictae.

Debebant virginitatem servare; et sacerdotio fungi per XXX annos, quorum primis decem sacra discebant, sequentibus decem annis operabantur sacris, et ultimis decem recens electas virgines docebant: tum poterant nubere, quod tamen raro factum est, et mali ominis habebatur.

Quid si violaretur Virgo?

Si virginitatis labem passae essent, vivae defodiebantur in campo, qui hinc *sceleratus* vocabatur, et qui eas stupraverat, verberibus occidebatur.

Quaenam earum vocabatur Maxima?

Quae aetate omnibus antecellebat vocabatur *Virgo Maxima.*

Quale erat earum munus?

Munus earum erat, Vestae ignem perpetuo ardentem servare, quare singulae suas ignem observandi vices habebant.

Quid supplicii erat, si exstingueretur?

Si quae ignem illum sua culpa exstingui passa fuerat, jussu Pontificis Maximi flagris caedebatur; eumque exstinctum ignem non, nisi radiis solis, accendi licebat.

An idem ille ignis semper servabatur?

Non: quotannis enim Kalendis Martiis debebant ignem novum in ara ponere.

Ubi ille ignis servabacur?

Hic ignis in intimo templi sacrario erat, ad quod nemini, praeter has Virgines, sub poena coecitatis, accedere licebat.

An aliud praeterea servabant?

Servabant quoque Palladium e coelo delapsum.

Quo honore habebantur hæ Virgines?

Magnus Virginibus concedebatur honor, quo referebantur: I. Ut carpento veherentur. II. Ut haberent Lictorem, ante se euntem. III. Ut omnes illis via cedere deberent. IV. Ut reum obviam forte factum liberarent. V. Ut vitta et toga praetexta uterentur. VI. Ut haberent locum honoratiorem in publicis spectaculis. VII. Ut testamentum facere possent, licet minores essent. VIII. Ut haberent jus trium liberorum. IX. Ut jurare non cogerentur.

Quid praeterea faciebant?

Testamenta etiam, praecipue virorum principum, apud illas deponebantur, tamquam in asylo tuto.

FRATRES ARVALES.

Quinam sunt Fratres Arvales?

Hi sacra faciebant pro *Arvis*, id est *agris cultis*, qui proprie dicebantur *arva*.

Quoties; et quomodo haec sacra peragebant?

Quotannis *circum agros* agnum ducebant, qui tunc mactabatur, et illi agni inde dicuntur *Arvales*, et sacra ipsa *Ambarvalia*.

Cur vero dicti sunt Fratres?

Dicti sunt *Fratres*, quia primi hoc sacerdotio functi fuerunt fratres duodecim, filii Accae Larentiae, nutricis Romuli, quibuscum singulis annis pro fertilitate agri sacra facere consueverat.

Quamdiu fungebantur hoc sacerdotio?

Nemini vivo hoc sacerdotium adimi poterat.

Quale gerebant insigne?

Eorum insigne fuit corona spicea, infulis albis alligata.

CU-

Digitized by Google

CURIONES.

Quinam, et quot sunt Curiones?

Erant triginta, e XXX Curiis electi, et sacra pro suis Curiis peragebant; praeerat illis unus, qui dicebatur Curio *Maximus*.

Quomodo eligebantur?

Curiones eligebantur a suis Curiis; sed Curio Maximus in Comitiis curiatis creari debebat, cujus auctoritate ceteri regebantur.

FETIALES.

Quale erat munus Fetialium?

Horum munus erat bellum indicere, et foederi faciendo praeesse.

Quomodo hoc fiebat?

E. g. cum gens aliqua Romanos injuria affecisset, unus ex Fetialibus illuc proficiscebatur, et res ablatas repetebat: si hostes intra XXX dies postulata non fecissent, bellum indicebat.

Quinam erat ritus belli indicendi?

Hastam sanguineam in fines hostium projiciebat, bellumque indicebat, et illud fieri debebat voce clara, quod vocabatur *Clarigatio*.

Quomodo fiebant foedera?

Foedera quoque fiebant per Fetialem unum, qui tunc dicebatur *Pater Patratus*, et ferebat *Caduceum*, sive baculum, duobus serpentibus circumvolutum; unde etiam *Caduceatores* vocantur: tum percutiebat porcam silice, precans: ut Jupiter sic illum, qui foedus violaret, feriret; unde saepe dicitur *icere*, *ferire*, *percutere foedus*, pro *facere*.

Quo

Digitized by Google

Quo genere, et quo honore erant hi Fetiales?

Hi Fetiales erant viri nobiles, et per totam vitam sacrosancti.

Quaenam ornamenta gerebant?

Ornabantur verbenis acerbis, sive *sagminibus*, quae herba ex loco sacro erat petenda.

REX SACRORUM.

Quando Rex Sacrorum, sive Rex sacrificulus institutus est?

Post Reges exactos creatus est, ut sacra ea perageret, quae ante ab ipsis Regibus peragebantur; eligebatur ex Patriciis.

An etiam alio munere fungi poterat?

Non licebat illi ullum magistratum, nec civilem, nec militarem gerere, et subjectus erat Pontifici Maximo.

An etiam aliis oerimoniis erat obstrictus?

Non licebat quoque ei cum populo agere, et quando sacra fecisset, protinus e comitio aufugere debebat.

Quibus praeterea?

Ferlis ipsi non licebat aliquem videre laborantem: hanc ob causam illi praecedebat praeco.

Quo honore habebatur?

Primus in conviviis accumbebat, et in domo publica in via sacra habitabat, quae fuerat Anci Martii Regis, unde semper vocabatur *Regia*.

An illi licitum erat uxorem ducere?

Licebat: uxor ejus vocabatur *Regina*, quae et ipsa Junoni sacra facere debebat.

FLA-

Digitized by Google

FLAMINES.

Flamines quinam sunt?

Erant sacerdotes, certo cuidam Deo addicti.

Unde ita dicuntur?

Nomen habent, quasi *Filamines*, a *laneo filo*, coloris flammei, quod perpetuo gerebant, quia nudis capitibus incedere illis non licebat.

Quinam fuerunt praecipui eorum?

Tres majores fuerunt: Flamen Dialis, Martialis, et Quirinalis.

Ex quo genere legebantur, et quaenam habebant insignia?

Debebant esse ex Patriciis; habebant vero togam praetextam, et sellam curulem, et poterant gerere omnes honores.

Quinam erat Flaminum primus?

Flamen Dialis omnium erat honoratissimus, et *Jovis* sive Διὸς sacerdos.

Quonam ille honore fruebatur?

I. Hic poterat venire in Senatum, licet Senator non esset. II. Habebat etiam Lictorem. III. In conviviis accumbebat secundo loco post Regem sacrorum.

An etiam certi ritus illi erant observandi?

Plurimis cerimoniis obstrictus erat: nam I. Ne unam quidem noctem extra urbem manere ei licebat. II. Curru semper vehi debebat, non vero equo vel pedibus ire. III. Exercitum armatum, aut classem procinctam extra pomoerium videre non licebat. IV. Nec etiam jurare. V. Veste uti debebat ab uxore texta.

Habebat ergo uxorem?

Habebat, et divortium facere ipsi non licebat, sed uxore mortua flaminio se abdicare cogebatur.

An

An ejus uxor quoque certis cerimoniis tenebatur?

Uxor ejus vocabatur *Flaminia*; huic etiam multae observandae erant cerimoniae; nam I. Marito mortuo, vidua manere debebat, et sacra quaedam obire; II. Non illi licebat uti vestibus lineis, sed tantum laneis; III. Non poterat esse ligata vel succincta supra genu.

Flamen Martialis qualis erat.

Sacerdos erat Martis, itidem ex Patriciis, et Flamini Diali honore proximus.

Quirinalis unde ita dicitur?

Quirinalis in honorem Romuli est institutus; sed cum Romulus post consecrationem, *Quirinus* dicebatur, inde *Quirinalis* nomen ejus sacerdoti datum est.

S A L I I.

Salii quinam sunt, et unde dicti?

Martis sacerdotes erant, dicti a *saliendo*.

Quot fuere numero, et unde lecti?

Numero erant duodecim, ex juvenibus lecti patrimis et matrimis; id est, quorum parens uterque vivebat.

Quodnam fuit eorum munus?

Munus eorum versabatur circa Ancilia; nam Numa e coelo cecidisse ad suos pedes dicebat scutum, cum hoc monitu; *Rempublicam Romanam fore salvam, quamdiu illud scutum servaretur.*

Quid tum Numa excogitavit ad illud servandum?

Ne quis illud furaretur, undecim similia fieri jussit.

Unde vocantur Ancilia?

Illa scuta vocabantur *Ancilia*, quia ab utroque latere erant *ancisa*, id est formam fere circuli habebant.

Ubi

Digitized by Google

Ubi illa servabantur, et quemnam habuerunt usum?

Haec Ancilia, in Martis templo recondita, a Sallis Kalendis Martiis ex eo sacrario depromebantur, quod dicebatur *movere ancilia:* tum per totam urbem ea ferebant cantantes et salientes, unde nomen est illis, et his diebus nefas et infaustum erat uxorem ducere.

Quis praeerat illis?

Qui chorum ducebat, illisque praeerat, vocabatur *Praesul* et *Magister Saliorum.* Praesul autem vocatur a praesiliendo, nam motus, quos praesul edebat, reliqui imitabantur; hinc praesul proprie dicitur *amtruare*, vulgus *redamtruare.*

Quid vero canebant?

Inter saltandum carmina canebant, quae vocabantur *saliaria*, vel etiam *assamenta* vel *axamenta.* Horatii tempore, vix a quoquam intelligebantur, quia continebant verba obsoleta, et antiquissimae latinitatis; tempore vero Quintiliani ne ipsi quidem sacerdotes eas intelligebant.

Quid fiebat post hunc ambitum?

Ambitu absoluto Ancilia reponebant in Martis sacrario, quod dicebatur *condere arma*; dein se exhilarabant epulis opiparis, unde *coena saliaris* in proverbium abiit de coena lautissima.

An etiam alio tempore ancilia movebantur?

Ancilia extra ordinem moveri debebant, si bellum geri necesse erat; tunc etiam ipse Imperator ingrediebatur Martis sacrarium, et movebat ancilia, hastamque Martis dicens, *Mars vigila.*

L U P E R C I.

Luperci quinam sunt?

Panos sacerdotes erant, et juvenes Patricii.

Quae-

Quaenam sacra obibant?

Sacra; quae obire debebant, vocantur *Lupercalia*, et fiebant mense Februario, decimo quinto ante Kalendas Martias.

Quo pertinebat hoc festum, et quomodo fiebat?

Hoc festum erat quasi lustratio urbis, eoque Luperci capram mactabant. et nudi per urbem discurrebant, pudenda tantum velati pellibus: obvios quoque scuticis, e caprino corio factis, feriebant, quod *catomidiare* dicebant, quasi verberare κατ' ὤμων, *in humeris.*

GALLI

Galli quinam sunt?

Sacerdotes erant Cybeles, sive matris Deorum?

Qua ratione hi sua sacra perficiebant?

Hi inter sonitum cymbalorum, et tympanorum brachia et membra sua furibundi cultris secabant.

Cujus generis erant hi sacerdotes?

Erat genus sacerdotum vilissimum, e faece plebis, et servis fugitivis collectum.

Quid sibi volebat hoc festum?

Institutum est in memoriam Atyos, qui, promissa castitate, deinceps Nympham amavit, ideoque in furorem est actus.

Quaenam privilegia Galli habebant?

Poterant mendicare vel stipem colligere.

DE MINISTRIS SACERDOTUM.

Camilli et Camillae quinam fuerunt?

Camilli et Camillae erant pueri et puellae ingenuae, sacerdotibus ministrantes, et debebant esse Patrimi et Matrimi.

Qui,

Quinam sunt Aeditui?

Aeditui sive aedituri nomen habent ab *aedibus tuendis*; nam aedes sacras tuebantur, sive sartas tectas tenebant, easque purgabant; praeterea animalia sacra pascere debebant; debebant etiam esse eruditi et historiam sui templi, Deorum atque Dearum, in quorum honorem hoc templum exstructum fuit, nosse et narrare.

Quinam erant Popae et Victimarii, et quomodo induti?

Popae et Victimarii ligabant, mactabantque victimas, erantque coronati, et ad umbilicum nudi.

Quaenam sunt Praeficae?

Praeficae erant mulieres, quae mercede conductae in funeribus carmen lugubre canebant, caeterisque lugendi et plangendi modulis praeibant.

Quem usum habebat mos ille?

Veteres putabant, animas non quiescere, nisi mortui rite essent defleti.

Quomodo vocabantur haec carmina?

Carmina illarum vocabantur Naeniae.

DE TEMPORE.

Ad quem pertinebat ordinatio temporis?

Temporis ordinatio Pontificum curae erat demandata.

Quomodo dividebatur tempus?

Tempus dividebatur in annum, menses, et dies.

DE ANNO.

Quomodo Romulus annum instituit?

Annus ex instituto Romuli in initio fuit decem mensium, sive CCCIV dierum, incipiens a Martio mense.

Digitized by Google

An haec divisio mansit?

Non: postea Numa adjecit Januarium et Februarium; et tunc Januarius fuit primus, Februarius ultimus anni mensis, atque annus fuit CCCLIV dierum.

An ita annus jam ad solis cursum erat accommodatus?

Non: sed quia in hoc anno, ad lunae cursum accommodato, deficiebant semper undecim dies, cum quadrante, singulis bienniis interponebant XXII vel XXIII dies.

Quando interponebant eos?

Incipiebant a XXIII Februarii, sive post sextum ante Kalendas Martii mensis; isque mensis vocabatur interkalaris, sive *Merkedonius*, a Dea *Merkedona*, quae *mercedibus solvendis* praeërat.

An ita annus satis recte erat ordinatus?

Nequaquam: Pontifices enim, qui interkalandi curam habebant, interkalabant, quando, et quoties volebant, unde magna confusio orta est.

Quid postea factum est?

Julius Caesar, quia videbat Pontificum nimiam licentiam dies interkalandi quotidie accrescere, convocavit mathematicos, praecipue adhibuit nobilem Sosigenem; illi igitur annum correxerunt, et ille primus annus fuit CCCCXLIII dierum.

Quare tot dies addiderunt?

Ut semel annum in rectum ordinem redigerent.

Quomodo annum postea instituerunt?

Confecerunt annum CCCLXIV dierum.

An tum nulla interkalatione opus erat?

Caesar simul jussit, ut quarto quoque anno unus dies interkalaretur, isque insereretur post XXIII Februarii, sive sextum ante Kalendas Martias.

Cur

Digitized by Google

Cur talis annus bissextilis vocatus?

Quia ille dies sextus ante Kalendas Martias bis numerabatur; nobis dicitur *een schrikkeljaar.*

An nemo post Caesarem aliam rationem instituit?

Haec anni ratio postea a Papa Gregorio XIII, post Christum natum anno MDLXXXII, reformata est.

DE MENSIBUS.

Quot igitur menses Romani habuerunt, et quaenam fuerunt nomina?

Menses, ut vidimus, primum erant decem, deinde duodecim, et eadem fere nomina, quae hodie apud nos, habuerunt.

Unde illa nomina derivantur?

Januarius ita dictus est ab antiquissimo Deo *Jano*. *Februarius* a *februando*, sive purgando, quia tum populus purgabatur. *Martius* a *Marte* vocatur, cui erat sacer. *Aprilis* ab *aperiundo*, quia tunc terra sinum quasi aperit, vel ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης, id est, a Venere, cui erat sacer. *Majus* a *Maja*, Mercurii matre, vel a *majoribus*, id est senioribus; ut *Junius* a *Junioribus*, vel a *Junone*.

Nonne quidam menses alia prius nomina habuerunt?

Julius olim vocabatur *Quintilis*, quia erat *quintus* ordine, sicut reliqui omnes menses, si a *Martio*, qui olim erat primus, numeramus: hic vero Quintilis in honorem *Julii* Caesaris vocatus est *Julius*, ut Sextilis in honorem *Augusti* dictus est *Augustus*; reliqui menses a numero dicti.

Quomodo menses dividuntur?

Menses dividebantur in tres partes, in Kalendas, Nonas et Idus.

Digitized by Google

Kalendae quid significat?

Ita vocatur primus dies cujusque mensis, ab antiquo verbo *kalare*, id est, vocare, Gr. καλεῖν.

Cur ita dicitur?

Quia Pontifex Maximus *Kalando* sive vocando novilunium populo annunciabat.

An etiam Kalendae certo cuidam Deo sacrae, vel certo usui addictae, erant?

Erant Junoni sacrae, et Kalendis Januariis strenas sibi invicem mittebant; omnium vero mensium Kalendis pecuniae foenori datae exigi solebant, quia usurae Romanorum menstruae erant.

Kalendarium quid est?

Proprie liber, in quo debitorum nomina annotata erant, vocabatur Kalendarium.

Nonae unde dictae sunt?

Ita vocatae videntur, quia ab Idibus ad Nonas novem dies numerabantur, saltem in plerisque mensibus; nam Martius, Majus, Julius et October, habebant sex Nonas, reliqui quatuor.

Idus unde nomen habent, et cujus in tutela erant?

Ab *iduando* id est dividendo dicuntur, quia Idus mensem medium fere secant, et dividunt; erant autem in tutela Jovis.

DE DIEBUS.

Quomodo dies dividebantur?

Dividebantur in Festos et Profestos.

Festi dies quinam sunt?

Festi dies sunt dicati Deorum cultui, sive ad sacrificia, sive ad ludos in Deorum honorem edendos, sive ad Ferias agendas.

An

Digitized by Google

An etiam Romani horas habuerunt?

Horae Romanis olim incognitae fuerunt per CCC annos, sed definiebant diem in ortum et occasum, deinde addiderunt meridiem et post meridiem.

Quid porro factum est?

Habebant in medio foro solarium, quod monstrabat horam: habebant etiam pueros, quorum cura non alia erat, nisi annumerare horam.

Feriae quid sunt?

Erant certi dies, quibus tantum nullum opus facere licebat.

Quomodo feriae distinguuntur?

Erant hae feriae publicae, vel privatae.

An publicae omnes erant ejusdem generis?

Publicae erant rursus vel stativae, vel conceptivae, vel imperativae.

Quaenam sunt stativae?

Stativae erant universi Populi, constitutis diebus, quales fuerunt Agonalia, Lupercalia, etc.

Quaenam sunt conceptivae?

Conceptivae sunt, quae quotannis a Magistratibus vel a Rege sacrorum concipiebantur, sive indicebantur: quales erant Feriae Latinae, etc.

Quaenam erant Feriae Latinae?

Feriae Latinae (teste Livio) stativis etiam annumerantur, et quotannis in monte Albano celebrabantur, in eoque omnis populus conveniebat, qui in Latio habitabat.

Quaenam sunt imperativae?

Imperativae sunt, quae urgente necessitate imperabantur, ut sunt novemdialia, etc.

Utrum feriae privatae etiam erant universi populi?

Non: erant singularum familiarum, vel hominum.

Feriae privatae quomodo distinguebantur?

In stativas, vel celebratas occasione natalium, susceptionum, fulgurum, et expiationum vel funerum.

Quae dicuntur stativae?

Quae semper stato die a familia quadam celebrabantur, ex usu domesticae celebritatis.

Quaenam erant reliquae?

Quae non statuto tempore, sed nata occasione agebantur.

Dies profesti quinam sunt?

His licebat profana agere omnia opera, et a divinis rebus erant vacui.

Quomodo dividuntur?

Hi dividuntur in *Fastos*, et *Nefastos*.

Quinam sunt dies fasti?

Erant hi, quibus Praetori licebat fari haec tria verba, *do*, *dico*, *addico*.

Quid illa significant?

Jus exercere.

Unde dies dicuntur Nefasti?

Quia illis non licebat fari sive jurisdictionem exercere.

Quinam dies vocantur intercisi?

Qui erant mixti inter fastos et nefastos, id est qui e. g. mane erant nefasti, meridie fasti.

Quinam sunt dies comitiales?

Quibus comitia licebat habere.

Cur nonnulli dies dicuntur atri?

Quia nigro colore in fastis notabantur; erantque nefasti, et infausti, quibus nihil agere licebat.

Quinam dies erant atri?

Talis erat quartus ante Kalendas, Nonas, et Idus cujusque mensis; item postridie Kalendas, Nonas, et Idus, et praesertim Dies Alliensis, quo Romani a Veientibus caesi erant ad flumen Alliam.

DE

DE LUDIS.

Ludi quo pertinent?

Ludi ad sacra quoque pertinebant, quia edebantur in honorem Deorum.

A quo instituti sunt?

Instituti sunt a Romulo, occasione raptus Sabinarum, in honorem Dei Consi, id est, Neptuni.

Quomodo distinguuntur?

I. A forma, in Circenses, Munera et Scenicos; II. a tempore in Stativos, Votivos et Extraordinarios.

LUDI CIRCENSES.

Ludi Circenses *unde nomen habent?*

Ita dicuntur a *Circo*, sive loco, in quo edebantur.

Quomodo Circus erat institutus?

Erat amplissimus; in initio erant *Carceres*, quibus equi continebantur, ne ante datum signum exirent, unde proverbio dicitur: a *carceribus ad metam*, id est, ab initio ad finem.

Planities circi, quomodo vocata et instructa fuit?

Vocabatur *area*, et adversus ferarum irruptionem claustris non tantum erat circumdata, sed etiam canali, qui vocabatur *Euripus*.

Spina quae est?

Erat murus latericius in medio Circi.

Metae quae sunt?

Ad hujus spinae ambas extremitates erant columnae, circum quas currus flectebant, quaeque *Metae* vocabantur.

Quid erat in media spina?

In media spina fuit Obeliscus, Soli sacer.

Digitized by Google

Quot fuerunt genera ludorum Circensium?

Circensium ludorum sex sunt genera: I. Cursus. II. Certamen gymnicum. III. Ludus Trojae. IV. Venatio. V. Pugna pedestris, vel equestris. VI. Naumachia.

DE CURSU.

Cursus quotuplex?

Hic in censum venit duplex, quo certabant vel curribus, vel equis.

Quales erant currus?

Currus plerumque erant quadrigae, in quibus stabant aurigae.

Quando incipiebant?

Quum signum cursui dabatur *mappa*, vel *panno*.

Quaenam erat ars hujus exercitii?

Maxima ars consistebat in eo, ut currum ad metas ita flecterent, ne ad eas impingerent.

Quis vincebat, et quale erat victoriae praemium?

Qui illud curriculum primus septies absolvisset, victor erat, praemiumque accipiebat, olim palmam, sed postea alia munera, etiam pecuniam.

An etiam distinctio quaedam erat inter aurigas?

Erant quatuor factiones: factio *Albata*, quae albis; *Russata*, quae russis sive rubris, *Veneta*, quae venetis, sive caeruleis, et *Prasina*, quae viridibus vestibus utebatur; sed praecipuae erant Prasina et Veneta. Hae factiones populum in varia studia incendebant, ita ut sponsiones facerent; hinc locutio *studium* et *favor*.

DE LUDIS GYMNICIS.

Ubi edebantur ludi Gymnici?

Gymnici ludi in circo vel amphitheatro edebantur.

Cur

Digitized by Google

Cur vocantur Gymnici?

Gymnici vocantur a graeco vocabulo γυμνὸς, id est, *nudus*, quia fere nudi certabant.

Quid est Gymnasium?

Hinc Gymnasium dicitur locus, in quo docemur aliquam artem vel disciplinam.

Certamen Gymnicum quotuplex erat?

Continebat certamen Gymnicum Cursum, Pugilatum, Luctam, Saltum, et Disci jactum, a quibus quinque exercitii generibus hoc certamen Graecis dicitur πένταθλον.

Quid vocabant cursum?

Cursus erat, cum plures simul currerent in stadio ad metam, unde passim vita hominum *stadio* comparatur, et homines cum *cursoribus*.

Utrum in hoc ludo curribus utebantur?

Non: currendo hic certabant cursores, et eadem ratione instituebatur, atque illud certamen, quod erat equorum et curruum.

Unde hi cursores dicuntur Parabatae?

A graeco παραβαίνω, *descendo*, quia aliquando cum aurigis per aliquod spatium vecti, dein desiliebant.

Quaenam ars est pugilatus?

Ars est certandi pugno; nam pugiles se invicem feriebant pugnis, quibus induebant caestus.

Caestus quid erat?

Erat genus quoddam chirothecarum, ex corio bubulo factum, quibus plumbum, vel ferrum erat insutum, ut graves essent.

Quomodo illos induebant?

Hi erant loris alligati ad brachia.

Digitized by Google

Lucta quomodo Graecis vocabatur?

Graece dicebatur πάλη, unde fit palaestra, id est locus, in quo exercebantur.

Qualis erat haec pugna?

Haec pugna consistebat in praestantia virium, cum alter alterum prehendere, vel prosternere in terram conabatur.

Quotuplex erat ars hujus pugnae?

Haec pugna erat duplex; fiebat enim vel a stantibus, vel a jacentibus.

Pugnatores quomodo vocabantur, et qua ratione se parabant ad pugnam?

Pugnatores vocabantur *Athletae*, ab ἆθλος, *certamen*, et oleo se ungebant, ut haberent membra firma, et agiliora.

Quaenam formae loquendi inde ducuntur?

Hinc Palaestra dicitur *uncta* et *nitida*, et hinc proverbium est natum, *oleum et operam perdere.*

Quid est Pancratium? (1)

Erat compositum ex lucta et pugilatu; debebant eo usque pugnare, donec manum vel pollicem extenderent; hinc locutiones usitatissimae: *manum dare, digitum tollere.*

Quis erat usus saltus?

Exercebantur eo milites, ut longius prosilire discerent, aut ex alto desilire, vel conscendere.

Discus qualis erat, et quomodo eo utebantur?

Discus erat orbis rotundus ac planus, quem totis viribus e manu mittebant, et is, qui altius longiusque projecerat, victor erat.

DE LUDO TROJAE.

Trojae vero ludus qualis erat?

Fuit exercitium equestre totius turmae.

Unde

(1) Παγκράτιον et Πίγκαλλον, Latinis *Quinquertium*, a quinque exercitii generibus.

Digitized by Google

Unde nomen Troja?

Hic ludus *Troja* dici creditur, quia inventus esse putatur ab Ascanio et Trojanis, in honorem Anchisae.

Quid hic fiebat?

Pueri nobiles turmatim speciem ludicri certaminis exhibebant.

Quomodo differt a Pyrricha?

Pyrricha erat, si pedites vario corporis motu exprimebant omnes gestus, et actiones bellicas, in evitando, et inferendo tela; ea fiebat ad tubae cantum.

DE VENATIONE.

Utrum omnes venationes ejusdem erant generis?

Non, distinguitur inter ludicras et severas.

Quaenam ludicrae?

Cum in circum cujuslibet generis animalia immitterentur, quibus videndis et conficiendis spectatores oblectabantur: unde venatores et bestiarii saepe distinguuntur.

Quaenam severae?

Severe erant cum homines cum feris in circo pugnabant.

Quinam homines illic pugnabant?

Bestiarii, qui erant fugitivi servi, vel judicum sententiis ad bestias damnati, quae frequens Christianorum poena fuit.

Unde feras habebant Romani?

Immani sumptu saepe ex dissitis et longinquis regionibus advehebantur, et, donec ludorum tempus appeteret, in *vivario* servabantur.

DE PUGNA EQUESTRI VEL PEDESTRI.

Qualis haec erat?

Erat pugna, quae ad imaginem veri belli fiebat, castris quandoque in circo positis, ita ut saepe multi occiderentur.

DE

Digitized by Google

DE NAUMACHIA.

Qualis erat Naumachia?

Erat pugnae navalis assimulatio, olim in circo edita, aqua per subterraneos meatus in eum inducta; postea vero, excavato solo, Naumachiae constitutae sunt.

DE MUNERIBUS, SIVE SPECTACULIS GLADIATORUM.

Unde spectaculum Gladiatorum munus *appellatur?*

Munus hic notat *officium*, (1) quod Gladiatores praestabant in ludis funebribus, atque inde ad quosvis ludos transiit. Eorum editor quoque *Munerarius* vel *Munerator* dicitur.

Ubi haec munera habebantur?

In amphitheatro, qui erat locus rotundus: planities amphitheatri arena erat strata, unde est phrasis: *in arenam descendere.*

Quales erant hi Gladiatores, et quomodo exercebantur ad hoc opus?

Hi Gladiatores plerumque erant servi, et robusto corpore: in ergastulo erant inclusi, quod vocabatur *Ludus*, et in eo pugnandi artem docebantur a Lanista, qui erat vetus Gladiator, *rude* donatus, et hic dicebatur *dare dictata.*

Quomodo ibi pugnabant?

Hoc exercitium fiebat gladiis ligneis, et vocabatur *Batuere.*

Quinam simul pugnabant?

Muneris die *paria comparabantur*, sive componebantur, et quidem pares cum paribus, unde dicitur, *Par, bene compositum.*

Quo-

(1) Vel potius *donum*, quod spectaculum gladiatorium tamquam donum vel munus populo dabatur.

Digitized by Google

Quomodo pugnam instituebant?

Bini simul pugnabant, gladiis acutis, donec alter alterum vulnerabat, quod vocabant, *hoc habet.*

Unde pendebat vita victi?

Victi vita pendebat a voluntate populi, vel editoris.

Quomodo hi mentem suam victori significabant?

Si vellent victum servari, pollicem manus dextrae intra digitos premebant; si contra occidi vellent, pollicem vertebant, et erigebant; hinc proverbialis locutio, *utroque pollice aliquem laudare.*

Quale erat victoriae praemium?

Praemium victoris erat praecipue *palma.* Veterani vero donabantur *rude*, quod significat, illos in perpetuum a pugna esse liberos, unde vocabantur *Rudiarii.*

Rudis quid est?

Rudis erat ferula lignea, sive gladius ligneus.

DE LUDIS SCENICIS.

Unde ludi dicuntur Scenici?

A scena nomen habent, et celebrabantur in Theatris, quorum forma erat semicircularis.

Quomodo spectabant?

Olim stantes spectabant, sed postea sedilia facta sunt.

An Theatra erant tecta?

Non tecta erant Theatra, sed vela extendebantur.

Quomodo sedilia distinguebantur?

Sedilia Populi dicebantur *Cunei*, a quibus separata, et scenae propinquiora erant loca Equitum, quae *Quatuordecim* dicuntur, unde *in quatuordecim sedere* dicitur pro *Equestris ordinis esse.*

Quinam erant scenae proximi?

Proximi vero scenam spectabant Senatores, qui sedebant juxta *Orchestram*, in quo loco, apud Graecos, saltabatur, unde nomen habet ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo vocatur locus, in quo fabula agebatur?

Ea scenae pars, in qua histriones agebant, vocabatur *Proscenium*, ante quod jacebant vela, dicta *Aulaea*.

An veteres aulaeis utebantur, uti nos?

Non: aulaea enim in altum tollebantur, quando actus finitus erat, vel scena debebat mutari; sed quando histriones prodibant, plana in scenam demittebantur.

Quae genere scenarum erant?

Tria, Tragica, Comica, Satyrica.

Quomodo Tragica ornata erat?

Instruebatur columnis et rebus regalibus; palatia et turres etiam in eadem excitabantur.

Quomodo Comica?

Privatorum aedificiorum speciem habebat.

Quomodo Satyrica?

Satyrica ornabatur arboribus, speluncis, montibus etc.

Quaenam erant praecipua horum ludorum genera?

Ludorum scenicorum erant praecipue tria genera, Comoedia, Tragoedia, et Mimus.

COMOEDIA.

Quomodo Graeci comoediam distinguebant?

Apud Graecos distinguebatur in Veterem, Mediam et Novam.

Quid fiebat in veteri?

In veteri comoedia principes viri suis nominibus palam prostituebantur.

Qua in parte media differebat a veteri?

Quod viri principes in media, non suo nomine, sed suo habitu et vestitu ita inducebantur, ut facile ab omnibus cognoscerentur.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo nova comoedia instituta?

In nova tantum aevi sui vitia perstringebant, sed homines servabantur illaesi.

Quomodo Romani comoediam distinguebant?

Apud Romanos distinguebatur comoedia in *Palliatam* et *Togatam*.

Palliata unde nomen habet?

Palliata continebat argumenta graeca, et ita dicebatur a *Pallio*, Graecorum gestamine.

Togata vero unde dicitur?

Togata dicitur a *Toga*, Romanorum veste, in eaque Romanorum mores, et vitia traducebantur.

An togatae omnes fabulae ejusdem erant generis?

Non: Togatae enim erant primo Praetextatae, in quibus Senatorum, et Magistratuum mores inducebantur.

Quodnam est alterum genus?

Trabeatae, quae erant species Praetextatarum, quibus inducebantur viri triumphales, aliique, qui jus trabeae habebant.

Quaenam ad tertiam classem pertinent?

Tabernariae, in quibus opifices, et homines viliores inducebantur, qui in tabernis fere vitam degebant.

Quomodo spectatores actoribus bonum malumve animum significabant?

Si actores bene suas partes egissent, illis applaudebatur, unde in fine fabularum passim legitur, *plaudite*; contra, si male egissent, exsibilabantur, et interdum ejiciebantur.

TRAGOEDIA.

Cui erat dicata Tragoedia?

Baccho erat sacra.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo histriones induti?

Histriones erant induti persona, sive larva: gerebant etiam cothurnos: hinc *cothurnus* pro ipsa tragoedia sumitur, et *verba cothurnata* pro verbis tragicis, et grandiloquis.

Quid discriminis erat inter calceos Tragicorum et Comicorum?

Histriones tragoediae gerebant cothurnos, id est altos calceos, ut viderentur grandiores; Comoedi vero habebant soccos.

MIMI ET PANTOMIMI.

Mimi unde nomen habent?

Mimi a graeco verbo μιμεῖσθαι, id est *imitari*, dicti sunt.

Quales erant hi ludi?

Ludi erant, in quibus sermones et facta cujusque cum lascivia imitabantur.

Quomodo histriones in hoc ludorum genere dicti et vestiti erant?

Ipsi actores Mimi vocantur, et ob impudentiam Scurrae, Sanniones etc.: hi vero erant calvo capite, et nudis pedibus, unde *Planipedes* vocantur.

Pantomimi quinam sunt?

Pantomimi dicti sunt homines, qui gesticulando, et saltando *omnia* mirifice *effingere* noverant sine voce articulata.

DE LUDIS STATIVIS.

Quomodo a tempore ludi distinguuntur?

A tempore ludi erant Stativi, vel Votivi, vel Extraordinarii.

Qui-

Digitized by Google

Quinam sunt stativi?

Stativi erant, qui quotannis *stato* die redibant, ut sunt: I. Megalenses, sive Megalesia, in honorem Cybeles, sive Magnae Deorum Matris. II. Cereales, in honorem Cereris. III. Floreales, in honorem Florae. IV. Martiales, in honorem Martis. V. Apollinares, in honorem Apollinis.

An plures numerantur?

VI. Capitolini, in honorem Jovis, et in memoriam servati a Gallis Capitolii. VII. Romani, sive Magni, in honorem Jovis, Junonis, et Minervae. VIII. Plebeii, in memoriam expulsorum Regum, vel reditus Plebis in urbem, post secessionem in montem sacrum.

Nonne et ludi erant saeculares?

Erant: IX. Ludi saeculares centesimo quoque anno celebrabantur pro incolumitate imperii tempore messis, praecipue in honorem Apollinis et Dianae, per tres dies et noctes, et per totam Italiam praecones mittebantur, ut populum invitarent hac formula: *Venite ad ludos, quos nemo vidit, nec unquam videbit.*

Quomodo aurei aevi servabatur memoria?

X. In memoriam aurei saeculi agebantur Saturnalia, mense Decembri: tunc tota civitas et pueri in scholis feriabantur; hoc festo quoque licebat ludere tessera et alea, et domini suos servos convivio excipiebant, iisque ministrabant.

Quaenam fuere Palilia?

XI. *Palilia* sive *Parilia* in honorem Deae *Palis* instituta, pro felici proventu pabuli, atque incolumitate pecoris, eo solennius celebrabantur, quia idem dies natalis urbi Romae fuerat.

DE VOTIVIS LUDIS.

Quinam sunt ludi votivi?

Qui a Magistratu majore, vel Imperatore, bello in-

Digitized by Google

dicto, Diis vovebantur, si res ex voto successisset. His accesserunt postea Quinquennales, Decennales, dati cum quinque, vel decem annos imperassent Imperatores.

DE EXTRAORDINARIIS LUDIS

Quinam sunt ludi extraordinarii?

Qui nec stativis annis, nec certis diebus dabantur; horum praecipui sunt Funebres; Juvenales; qui ludi a magistratibus in auspiciis honorum dabantur; Natalitii, aliique, aliis occasionibus dati.

PARS TERTIA.

DE REBUS CIVILIBUS.

DE CIVIUM DIVISIONE IN TRIBUS, CURIAS, CLASSES, ET CENTURIAS.

Quomodo Romulus cives divisit?

Romulus cives dupliciter divisit. I. Ratione militiae in tres tribus. II. Ratione sacrorum, et rei publicae curandae in triginta curias.

Unde dicuntur tribus?

Vox *tribus* repetenda videtur a graeca voce τριτὺς quae apud Athenienses tertiam tribus partem notavit.

Qualis fuit haec tribuum instituendarum ratio?

Ut Romulus ex quaque tribu mille pedites, et centum equites legeret.

Ut

Digitized by Google

Utrum post bellum Sabinum in tribubus quidquam mutatum?

Nihil in iis eo tempore mutatum est, sed acceperunt nomina, ita ut qui cum Romulo in nova urbe sedes posuerant, dicerentur *Rhamnenses;* Sabini qui cum Tito Tatio, eorum rege, eo se contulerant, *Tatienses;* reliqui vero *Luceres.*

Quis tribubus praeërat?

Qui tribubus praeërat *Tribunus* appellabatur, et talem tribunum Romulus cuique tribui dedit. Dein vero *Tribunus* generatim significavit aliquem, qui rei alicui est praepositus.

Quid constituit Tarquinius Priscus?

Tarquinius Priscus, retentis veteribus nominibus, numerum tribuum duplicavit, ita ut tum dicerentur Rhamnenses primi, et secundi; Tatienses primi, et secundi; Luceres primi, et secundi.

Quid vero Servius Tullius?

Servius Tullius omnem hanc rationem immutavit, et cum Romulus cives distinxisset in tribus, ratione generis, hic eos potius divisit a loco habitationis.

Quare hoc?

Cum frequentes incolae Romae consederant, augebatur immensum tribus Lucerum; iniquum ergo erat, cum par militum numerus ex quaque tribu legeretur, quod, crescente tertia tribu, ex ea non plures legerentur quam ex reliquis.

Quid tum fecit?

Urbem in quatuor, agrum vero Romanum in plures partes divisit; quatuor urbis partes dicuntur *tribus urbanae*, reliquae vero *tribus rusticae.*

Digitized by Google

Quaenam erant honoratiores?

Olim urbanae tribus majori in honore erant, quia nobiliores iis erant adscripti: sed postquam omnis turba forensis, atque etiam Libertini iis accessissent, nobiliores in rusticas tribus sunt relati.

Utrum idem tribuum numerus mansit?

Non, postea aliae tribus procedente tempore additae sunt, ita ut numerus ad XXXV. excreverit.

Utrum tribus et curiae quidquam habent commune?

Quoniam divisio civium in tribus ad militiam, in curias vero ad sacra pertinet, per se patet, tribus et curias omnino esse distinctas, neque aliquo cognationis vinculo teneri.

Unde dicta est curia?

Curia dicta est a *cura*, et inde ponitur de loco, in quo res publicas curant Senatores; etiam pro aedibus sacris ponitur, in quibus sacra peragebat pars illa, in quam populus Romanus erat divisus.

Quid itaque significant XXX. curiae Populi Romani?

Curiae illae XXX. fuerunt totidem partes *P. R.* quibus singulis Romulus sacra adsignaverat, et praeterea praescripserat, quos Deos, quo loco, et quibus sumtibus colerent.

Utrum his curiis etiam praefectus fuit praepositus?

Ut tribubus, ita etiam curiis, praeërat aliquis, qui *Curio* dicebatur; omnibus vero Curionibus praeërat unus, qui *Curio Maximus* dicebatur.

Utrum haec civium divisio in tribus et curias semper mansit?

Divisio in curias ex instituto Romuli semper mansit; neque eam in tribus post Servium Tullium quisquam mutavit, licet numerus aliquoties auctus sit.

Ut-

Digitized by Google

Nonne tamen alia civium divisio fuit a Servio Tullio instituta?

Fuit. Servius Tullius divisit populum in VI. Classes, et has classes iterum in centurias.

Utrum haec divisio ad tribus pertinet?

Minime. Cum olim tributa solverentur a tribubus, nulla ditiorum aut pauperum in ea tribu habita ratione, Servius Tullius divisione populi in classes instituit, ut quisque civis secundum censum, id est aestimationem bonorum, tributa penderet.

Quo tum pertinet divisio classium in centurias?

Haec divisio pertinet ad id, ut penes ditiores, qui majus tributum pendebant, in comitiis centuriatis, ubi singularum centuriarum suffragia valebant, omnis fere potestas esset.

An itaque par erat centuriarum numerus in quaque classe?

Non; nam in prima classe, in qua erant cives ditissimi, (qui per excellentiam *classici* (1) dicebantur) erant C. centuriae; XL. Juniorum, XL. Seniorum, XVIII. Equitum, II. Fabrorum.

Quis erat census civium hujus classis?

Census erat C. oo. i. e. 100, 000. aeris. (2)

Quae erat secunda classis?

Secunda classis continebat cives ditiores, quorum cen-

(1) Hinc praestantissimi Scriptores *Classici* vocantur; non quia in Gymnasiorum Classibus leguntur.

(2) Veterem pecuniam ad hodiernam redigere difficile est, et in quo valde dissentiunt scriptores, propter pecuniae vel penuriam vel abundantiam, variamque aeris, argenti atque auri mutabilia pretia. vid. infra *de pecunia*.

Digitized by Google

census erat LXXV. 00. i. e. 75000. aeris, continebat X. Seniorum, X. Juniorum.

Quae erat tertia classis?

Tertia classis continebat cives divites, possidentes L. 00. s. 50000. aeris; centurias habebat X. Seniorum, X. Juniorum.

Quae erat quarta classis?

Civium mediocrium, qui possidebant XXV. 00. s. 25000. aeris; centurias habebat haec classis X. Seniorum, X. Juniorum, et II. Tibicinum et Accensorum.

Quaenam quinta classis?

Cives continebat modicos, quorum census erat XI. 00. s. 11000. aeris; divisi erant cives hujus classis in XV. Seniorum, et XV. Juniorum centurias.

Quaenam sexta classis?

Omnes, qui infra quintae classis censum possidebant, in hac classe unam centuriam constituebant, et erant immunes a militia et tributis.

Quomodo hi aliis nominibus dicuntur?

Dicuntur *Proletarii*, et *capite censi*, quia in censendo non pecuniae, sed *capitis* tantum ratio habebatur.

Quot itaque in universum erant centuriae?

Erant omnino CXCIII. earumque altera pars erat seniorum, qui ad urbis custodiam praesto esse debebant; altera juniorum, qui foris bella gerebant.

Si vero ditiores ita rem omnem moderabantur, nonne id aegre ferebat plebs?

Non: quia quisque viritim in sua centuria sententiam rogabatur, omnes se pari jure rempublicam administrare arbitrabantur; et praeterea facile hoc patiebatur plebs, quia ita se liberatam videret ab oneribus militiae et tributis, cum ditissimi fere sine intermissione militarent.

An

Digitized by Google

An itaque haec divisio etiam militiam spectabat?

Certo. Singulis enim classibus, pro ratione census, dignior locus in acie adsignabatur, ita ut quintae classis cives non, nisi inter velites, militarent; praeterea etiam quaeque classis arma habebat digniora pro ratione census.

Utrum proletarii etiam militiae nomen dabant?

Ex proletariis milites navales et remiges capiebantur, sed in exercitu non militabant.

Utrum hi Proletarii, vel capite censi, iidem sunt qui Aerarii?

Non sunt; nam licet Aerarii pro capite, tributi nomine, aera penderent, non tamen centuriae erant adscripti, sed in Coeritum tabulas relati.

Quid notat illa locutio aliquem in coeritum tabulas referre?

Haec locutio notat *aliquem jure suffragii privare*, ita ut non plus juris habeat, quam Coerites; nam quia hic populus in bello Gallico sacra populi Romani receperat, et eorum beneficio Deorum honos non erat intermissus, Romani cum illis publice hospitium fecerunt.

DE ALIIS CIVIUM DIVISIONIBUS, ET PRIMUM DE INGENUIS.

Quomodo porro cives distinguuntur?

Singuli cives distinguuntur. I. Ratione natalium. II. Ratione juris et patriae. III. Ratione ordinis et dignitatis.

Ratione natalium quomodo distinguuntur cives?

Ratione natalium erant cives vel Ingenui, vel Libertini.

Digitized by Google

Quinam Ingenui?

Qui ex parentibus liberis, vel matre libera, nati sunt ex justo matrimonio; adeoque opponuntur servis, aliisque, qui sordidis sunt natalibus.

Quomodo Ingenui distinguuntur?

Ingenui distinguuntur in gentes et familias, per varia nomina.

An itaque Romani plura habebant nomina?

Romani honestioris loci tria habebant nomina. *Praenomen*, quo frater a fratre distinguitur; *Nomen*, quo gens a gente dignoscitur; et *Cognomen* quo familiae discernuntur.

An itaque gens *et* familia *differunt?*

Gens multo latius patet quam *familia*, nam una gens continebat plures familias.

Proba exemplo quomodo nominibus usi sint?

E. G. *Publius Cornelius Scipio* habebat praenomen *Publius*, quo distinguebatur a fratre *Lucio*. *Cornelius* erat nomen gentis, et *Scipio* cognomen familiae.

Nullumne praeterea habuit nomen?

Vocatur etiam *Africanus*, quod erat *Agnomen*, datum ob devictos Carthaginienses in Africa.

An idem usus in mulieribus obtinet?

Mulieres tantum gerebant nomina gentis; e. g. M. Tullii Ciceronis filia dicitur tantum *Tullia*.

Sed quid, si plures essent filiae?

Si duae essent filiae, altera vocabatur v. c. *Tullia major*, altera *Tullia minor*; si vero plures erant, vocabantur *Tullia prima*, *Tullia secunda*, *Tullia tertia*, et ita porro.

Gentes vero utrum omnes eaedem?

Non; aliae gentes erant Patriciae, aliae Plebeiae.

Quae-

Digitized by Google

Quaenam Patriciae?

Patriciae erant, quae oriebantur ab uno centum Patrum, sive senatorum, quos instituit Romulus (*vid. infra de senatoribus.*)

Quaenam Plebeiae?

Quae ad hos originem non referebant.

Utrumne inter Patricios et Plebeios aliquod vinculum obtinebat?

Omnino, jus patronatus.

Quale hoc fuit?

Ut nexus aliquis esset inter Patricios et Plebeios, Romulus instituit, ut quisque homo plebeius, quem vellet ex Patriciis, sibi deligeret Patronum, cujus ipse *Cliens* dicebatur, a *colendo.*

Quid erat munus Patroni?

Universe munus Patroni erat pro Cliente ea facere, quae parentes vulgo liberorum caussa facere solent.

Quid munus Clientis?

Cliens debebat Patronum omni modo juvare, sive viribus, sive opibus.

An plebeji erant vilissimae conditionis?

Non. Plebs hic opponitur Patriciis, et tum continet omnes, qui non a centum Patribus originem repetunt, licet etiam illustri loco nati sint: adeoque hic plebs tantum genus, non ordinem notat.

Utrum itaque in plebe etiam erant Nobiles?

Erant; nam Nobiles dicebantur, qui vel ipsi, vel quorum majores magistratus gesserant curules; ita ut illa nobilitas non a genere, neque a natalibus, sed a dignitatibus deduceretur.

Digitized by Google

Quinam iis opponuntur?

Homines novi, id est, qui primi e sua gente honores gerebant.

DE LIBERTINIS.

Qui erant Libertini?

Libertini erant, qui e justa servitute erant manumissi.

Unde habebant servos?

Servi vel nascebantur ex ancilla alicujus, et ejusmodi dicebantur *Vernae*; vel fiebant captivitate, vel venditione.

Quid juris habebat dominus in servum?

Herus in servos habebat merum dominium, ac jus vitae et necis.

An omnes servi ejusdem erant conditionis?

Non, varii erant conditione; alii enim aliis erant praestantiores, ut Atrienses, Janitores, Medici, Coqui, Pistores, Fabri etc.

Utrum ex servitute poterant liberari?

Vero, per *manumissionem*, si dominus servum e *manu*, id est *potestate* emitteret, qui tum appellabatur *Libertinus*.

Utrum Libertus et Libertinus quid differunt?

Libertus et Libertinus est idem. *Libertinus* autem dicitur ratione conditionis, et notat eum, qui antea servus fuerat; sed *Libertus* idem ille dicitur ratione domini, et designat eum, a quo est manumissus.

Ha-

Digitized by Google

Habesne exemplum?

Tiro erat *Libertinus*, quia olim fuerat servus, sed idem ille Tiro *libertus* dicebatur, Ciceronis, quia ab eo erat manumissus.

Nonne igitur Libertinus notat filium manumissi?

Non; quamvis multi dicant, Libertum significare ipsum manumissum; Libertinum vero ejus filium.

Illa autem manumissio quotuplex?

Duplex; vel justa, vel minus justa.

Quot erant species manumissionis justae?

Tres; Census, Vindicta, Testamentum.

Quomodo manumissio fiebat Censu?

Si dominus servo veniam daret, ut apud Censorem nomen inter cives profiteretur.

Quomodo Vindicta?

Manumissio Vindicta fiebat, si dominus, cum servo Praetorem adiens, diceret, *Hunc hominem liberum esse volo jure Quiritium.* Si tum Praetor caussam probabat, *Vindicta*, id est, virgula capiti servi imposita, pronunciabat hanc formulam: *Hunc hominem liberum esse dico jure Quiritium.*

Quomodo Testamento?

Dominus Testamento servo libertatem concedebat vel *expresse*, si scriberet *servus* v. c. *Davus liber esto:* vel *tacite*, si eum heredem scriberet, vel tutorem liberorum, quia ad id libertas requirebatur.

Quot erant species manumissionis minus justae?

Tres; *inter amicos*, si dominus praesentibus amicis eum liberum diceret; *per mensam*, si dominus servum secum accumbere juberet; vel *per epistolam*, si dominus peregre profectus, missa ad eum epistola, libertatem daret.

Ser-

Digitized by Google

Servi, justa manumissione manumissi, utrum cives fiebant?

Fiebant, et quidem olim optimo jure civitatem accipiebant, cum vero dominorum liberalitate Romana civitas scelestissimis civibus augeretur, lege Aelia Sentia cautum, ne servi *caesi*, stigmate *inusti*, *torti*, fierent cives, sed ejusdem juris essent ac *dediticii*, id est, populorum, qui se suaque Romanis tradiderant.

Quale jus consequebantur minus juste manumissi?

Hi libera republica non dicebantur *liberi*, sed *in libertate morari*, cum dominus, poenitentia ductus, eos in servitutem revocare posset; sub Imperatoribus vero jus Latii accipiebant, quod cautum lege Junia Norbana, unde *Latini Juniani* dicuntur.

Quid est status immutatio in pejus?

Status s. conditionis immutatio in pejus erat, quando talis manumissus iterum servus fieret, quod dicebatur *capitis diminutio*.

Quotuplex est capitis diminutio?

Triplex Maxima, Media, et Minima. Maximâ libertatem, Mediâ civitatem, Minimâ familiam amittebant.

Si vero quis bello captus postea rediret, utrum apud Romanos etiam erat servus?

Non; talis e captivitate redux, statim pristinam conditionem recipiebat, eamque dicebatur recipere *jure postliminii*, et nunquam captus censebatur.

Quomodo quis solum jus familiae amittere potest?

Hoc amittere quis poterat, quia Romani, liberis orbati, aliorum liberos veluti suos adsumere solebant. (*Vide infra in Adoptione.*)

DE

Digitized by Google

DE DISTINCTIONE CIVIUM RATIONE JURIS ET PATRIAE.

Ratione juris et patriae quomodo distinguuntur cives?

Ratione juris et patriae distinguuntur cives in *Cives optimo jure*, et *jure Quiritium*; praeterea in *Municipes*, *Coloniarios*, *Latini nominis*, et *Peregrinos*.

Quinam sunt cives optimo jure?

Sunt cives Romae habitantes, in tribus et classes divisi, et qui participes sunt juris publici.

Quomodo differunt a civibus jure Quiritium?

In eo differunt, quod cives jure Quiritium tantum sunt participes juris privati.

Quae itaque jura habebant cives optimo jure?

Hi habebant v. c. jus census, jus militiae, jus tributorum ac vectigalium, jus suffragiorum, jus honorum ac magistratuum, jus sacrorum.

Quae vero jura habebant cives jure Quiritium?

Hi habuerunt jus libertatis, gentis, connubiorum, patriae potestatis, dominii, testamentorum, nexus, etc.

Utrum civitatem poterant amittere cives?

Non, nisi ipsi fierent auctores: neque licebat civem verberare, aut necare, nisi demta prius civitate; quare, si quis puniendus esset, illum prius in exsilium mittebant, vel deinceps aqua et igni interdicebant, ne ita in urbe morari posset.

DE

Digitized by Google

DE MUNICIPIBUS.

Unde municipes *dicti*, *et quinam erant?*

A *munus* et *capio*: quia municipes erant incolae civitatis a Romanis devictae, primum intra, post etiam extra Italiam, quibus Romani tamquam *munus* quaedam jura civitatis Romanae dederant, quamvis suis magistratibus, suo jure et legibus uterentur.

Quotuplex municipum genus fuit?

Triplex genus fuit. I. Qui Romam habitatum veniebant, et jura civitatis quidem consequebantur, sed non optimo jure, cum suffragiis et honoribus excluderentur. II. Qui cives erant Romani et honorum et suffragiorum capaces, si Romam, aut in agrum habitatum concessissent. III. Qui cives quidem erant, sed nulla omnino habebant civitatis jura; dum eadem, quae antea in sua civitate, sanctissime observabant.

DE COLONIARIIS.

Quae dicuntur Coloniae?

Coloniae dicuntur civitates, in quas Romani suos cives ad incolendum mittebant.

Quare hoc faciebant Romani?

Ut victas gentes, vicinosque populos, facilius continerent, in oppida, armis capta, colonias mittebant jussu Senatus, latis prius legibus agrariis, quibus omnis ager inter eos coloniarios dividebatur.

Utrum hi coloniarii erant cives?

Erant cives, sed non optimo jure; carebant enim ju-

ro

Digitized by Google

te publico, suffragii, et honorum: sed habebant jus privatum, sive Quiritium.

Utrum ejusdem conditionis erant Coloniae Latini Nominis?

Non. Cives R. in eas deducti amittebant civitatem, et jus familiae.

DE SOCIIS NOMINIS LATINI.

Populi Latii quale jus habebant, et quomodo dicuntur?

Habebant jus proximum civitatis Romanae, quod dicitur *jus nominis Latini*. Dicuntur *Socii Latini*, quia cum Romanis militabant *Sociorum* jure.

Quale hoc jus erat?

Hi populi utebantur suis legibus, nisi Leges Romanas recepissent, et carebant omni jure Quiritium, sed habebant plura juris publici, ut jus census, non Romae, sed in civitatibus suis, habebant etiam suffragii jus, sed tantum ex concessione, etc. Sacra etiam cum Romanis communia habebant, quae quotannis feriis Latinis peragebantur.

Utrumne postea jus civitatis Romanae iis datum?

Post bellum Italicum A. V. DCLXIV., per Legem Juliam, civitas illis fuit data.

DE PEREGRINIS.

Quinam Peregrini dicuntur?

Peregrini dicuntur omnes illi, qui non erant cives, nisi id esset concessum beneficio populi, vel a principibus.

Utrum hi in civitatem Romanam recepti in sua civitate manebant?

Non, relinquebant suam civitatem, neque aliquid juris in ea retinebant, in qua erant nati; hoc Romanis dicitur *mutare civitatem*, vel *transferre*.

Ut-

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA

Digitized by Google

Utrum nomen mutabant?

Nomen mutabant, nam adsumebant nomina et praenomina eorum, quorum opere civitatis participes facti erant.

Utrum haec civium discrimina semper manserunt?

Non; Antoninus (ut videtur) Pius omnibus, qui in orbe Romano habitabant, jus civitatis dedit, exceptis tamen Libertinis, Latinae et dediticiae conditionis, quibus tandem Justinianus illud jus dedit.

DE DIVISIONE CIVIUM

RATIONE ORDINIS ET DIGNITATIS.

Si de populi Romani Ordinibus loquimur, quid significat vox Ordo?

Vox *Ordo* tum notat *vitae genus*, *statum* vel *conditionem*, belgice *een stand*.

Quotuplex ordo Romae fuit sub Romulo?

Duplex, *senatorius* et *plebejus*; unde in seditione de morte Romuli tantum memorantur Patres et Populus: et hinc superest formula usus frequentissimi; *Senatus Populusque Romanus*, quae vulgo invenitur expressa per literas S. P. Q. R.

Utrumne igitur equites a Romulo sunt lecti?

Romulus legit quidem equites centum ex quaque tribu, sed ordinem equestrem non instituit; vel, si quis jam sub Romulo ordo, id est dignitas aliqua, equitum fuit, medius tamen ordo senatum inter et plebem non fuit.

DE

Digitized by Google

DE ORDINE SENATORIO.

Quis instituit ordinem senatorium?

Romulus, qui centum senatores legit, ita dictos a senectute.

Quo alio nomine appellantur?

Dicuntur etiam Patres, quod nomen a pietate, illis debita, repetendum videtur.

Quomodo dicuntur, qui ad hoc patres genus referunt?

Hi appellantur *Patricii*, quae vox forma tantum productior est vocis *pater*; uti ab *aedilis* fit *aedilicius*, a *novus novicius*; et patricii opponuntur plebi, id est iis, qui aliunde originem repetebant.

An idem senatorum numerus semper mansit?

Non. Pro varia Reipublicae conditione varius fuit senatorum numerus. Primus autem Romulus, deinde Tarquinius Priscus eum auxit.

Quot igitur regnante Romulo senatores fuerunt?

In initio statim Romulus centum creavit; sed junctis societate Romanis et Sabinis, ut hos novo quodam beneficio sibi devinciret, alios centum ex Sabinis legit, atque adeo jam Romuli tempore CC. fuerunt senatores.

Quot fuerunt sub Tarquinio Prisco?

Tarquinius Priscus, homo peregrinae originis, quo melius potestatem firmaret, centum plebejos in patricios, deinde in senatum legit, ut eos sibi hoc beneficio haberet obstrictos, ita ut CCC. essent numero.

Quid Junius Brutus, pulsis Regibus (1), *instituit?*

L. Junius Brutus, primus Consul, senatum, caedibus Tarquinii Superbi exhaustum explevit, et cum patriciorum esset inopia, ex equitum primoribus nonnullos in senatum adscivit.

Sed

(1) A. U. CCXLV.

Digitized by Google

An hi nomine distinguuntur?

Senatores a Romulo lecti dicuntur *majorum gentium*, a Tarquinio vero et Bruto *minorum gentium*; hac tamen differentia, ut, qui a Bruto Senatorum catalogo sunt adscripti, dicantur *Conscripti*.

Quinam itaque tum ad senatum vocabantur?

Solemni more tum ad senatum vocabantur *Patres et Conscripti*; *Patres* intelligebant senatores a Romulo et Tarquinio lectos; *Conscriptos* vero, quos Brutus constituerat. Sed invaluit mos, ut, omissa conjunctione *et*, ad senatum vocarentur *Patres conscripti*, quomodo in veterum monumentis senatores saepe audiunt, idque designant vulgo literae P. C.

Quomodo deinceps senatores legebantur?

Pulsis Regibus, Consules ex universo populo senatores legebant; sed, instituto ordine Equestri, is seminarium senatus fuit. Creatis vero A. U. CCCX. Censoribus, deinde (nam annus est incertus) huic magistratui senatus legendi jus datum est.

Quis erat princeps senatus?

Olim *Princeps senatus* erat, qui ex iis, qui viverent, primus Censor fuisset; postea vero, cujus nomen a Censore, senatum legente, primum recitabatur.

Quaenam requirebantur, ut quis esset Senator?

Ut quis Senator fieret, requirebatur genus, ordo, census, aetas, et magistratus.

Quo genere debebant esse?

Debebant esse ex Patriciis.

Quo ordine?

Olim ex populo, sed deinde ex ordine Equestri, senatores legebantur.

Quo

Digitized by Google

Quo censu?

Debebant possidere DCCC. HS. (id est LX. millia florenorum (1): sed postea census est mutatus.

Quae aetas requirebatur?

Aetas est incerta: id constat, ante annum aetatis XXV. ordini senatorio neminem adscribi potuisse.

Quid ratione magistratus fuit requisitum?

Ut qui senator fieret, aliquem jam magistratum gessisset.

Quinam erant senatorum insignia?

Insignia senatorum erant I. Latus clavus, sive tunica Laticlavia II. Calcei nigri. III. Lunula argentea in calceis, quae numeri centenarii index, memoriam centum a Romulo creatorum servabat. IV. Locus separatus in spectaculis, qui *Orchestra* dicebatur. (vid. p. h. l. 45.)

DE ORDINE EQUESTRI.

Unde origo ordinis equestris repetenda?

A CCC. equitibus, a Romulo, ad custodiam corporis lectis, qui *celeres* vocabantur.

An ille numerus equitum mansit?

Non; eorum numerus postea valde est auctus, praesertim sub Servio Tullio, qui XVIII. centurias equitum conscripsit.

Utrum hi equites constituunt ordinem equestrem?

Non constituunt: nam hi equites pertinebant ad ordinem plebejum; sed aucta eorum dignitate, non tam lege, sed usu potius invaluit hic ordo, et successu temporis magis magisque a plebejo fuit secretus.

Quando itaque ordo equester medius inter senatum et plebem est insertus?

Annus accurate definiri nequit, sed vero similis est eorum opinio, qui statuunt, equites vix a reliquis fu-

(1) Id est 800 Sestertia, sive 800000 Sestertiorum, vid. infra de *Pecunia*.

Digitized by Google

fuisse distinctos, nec separatam ordinis equestris inveniri mentionem, ante legem Gracchi judiciariam, latam Cn. Domitio Ahenobarbo, et C. Fannio Strabone Coss. qui ad A. V. DCXXXI. referuntur.

Utrum tum omnes equites etiam erant ordinis equestris?

Non omnes, sed ii tantum, qui a Censoribus in ordinem lecti, equo publico erant donati.

Quaenam requirebantur in Equite?

In Equitibus spectabantur, aetas, genus, et census.

Qua aetate debebant esse?

Debebant esse XVIII. annorum.

Quo genere?

Genus erat promiscuum, patricium et plebeum, sed ingenui debebant esse.

Quis erat census?

Debebant possidere CCCC. sestertia, id est XXX. millia florenorum. (conf. p. 67.)

Quaenam erant eorum insignia?

Insignia erant. I. Equus publicus. II. Annulus aureus. III. Angustus clavus, sive tunica angusticlavia. IV. Locus separatus in spectaculis, qui vocabatur *Quatuordecim*.

Quid notat igitur in Quatuordecim sedere?

Hinc *sedere in Quatuordecim* notat esse equitem.

Quale erat eorum munus?

Munus erat. I. Ut bella obirent. II. Judicia exercerent, saltem cum judicia a senatu ad equestrem ordinem erant translata. III. In societates quasdam divisi vectigalia conducebant.

Qui tali societati praeerat, quomodo dicebatur?

Talis societatis praefectus dicebatur *magister societatis*.

Qua dignitate erant equites?

Dignitas equitum senatoriae proxima fuit, unde splen-

Digitized by Google

splendor equitibus proprie tribuitur, quem non parum augebat annua transvectio.

Quaenam illa annua transvectio?

Idibus Quinctilibus equites, equis insidentes, ab aede Honoris extra urbem, ad Capitolium transvehebantur, et quinto quoque anno ad Censorem, in sella curuli ante Capitolium sedentem, accedebant, equosque manu traducebant.

Quare hoc fiebat?

Ut Censor in Equitem inquireret; quod si eques vel censum minuisset, vel equum negligentius habuisset, Censor jubebat, ut equum venderet; si vero placuisset eques, *equum traducere* jubebatur: et hac occasione Censor equitum catalogum recitabat.

DE ORDINE PLEBEJO.

Quos comprehendit ordo plebejus?

Olim sub Romulo continebat ordo plebejus omnes, qui non erant senatores, etiam equites, cum ordo equester nondum erat; et eo sensu *ordo plebejus* etiam *populus* dicitur, ut in formula *senatus populusque Romanus.*

Quos deinde comprehendebat?

Instituto ordine equestri, ad ordinem plebejum referebantur omnes, qui neque erant senatores, neque equites.

Utrum itaque differt esse de plebe, *et esse* ordinis plebeii?

Omnino: qui *de plebe* erant, non erant patricii: sed qui erant *ordinis plebeii*, non erant senator, nec eques; postea vero, cum senatores etiam de plebe legebantur, homo de plebe poterat esse ordinis senatorii, sive senator plebejus.

Digitized by Google

Quaenam vero differentia est inter populum et plebem?

Populus generatim omnes cives dicuntur; plebs vero ea pars quae restat sejunctis iis, qui erant ordinis senatorii et equestris.

Sed tamen aliquando legimus senatui populo plebique: *qui illud?*

Tum *populus* opponitur *imae plebi*, et continet honoratiores a vulgari plebe distinctos.

DE MAGISTRATRIBUS IN GENERE, ET PRIVATIS.

Quomodo cives distinguuntur ratione dignitatis?

In magistratus et privatos.

Vox magistratus *quid notat?*

In singulari notat vel *munus*, vel hominem munus illud gerentem, in plurali collegium quod civitati aut Reip. praeest, nobis *de Magistraat*, *Overigheid* (1).

Quinam sunt magistratus?

Magistratus sunt, qui honores gerunt, proprie in urbe, nam qui provinciis praeerant dicebantur *potestas*.

Quinam privati?

Libera republica privati dicebantur omnes illi, qui munus non gerebant; sub Imperatoribus vero omnes erant privati, excepto solo Principe.

DE COMITIIS.

Ad quos pertinebat publicae rei administratio?

Publicae res administrabantur. I. A populo in comitiis. II. A senatu in curia. III. A magistratibus domi forisque.

Quae

(1) Aliquando promiscue ponitur, aliquando distinguitur ab *honore*, *imperio*, *potestate*.

Digitized by Google

Quae sunt comitia?

Comitia sunt conventus universi populi, ad deliberandum, et suffragia ferenda de rebus suis.

Unde dicta?

A *comeundo*, sive *coeundo*, unde *comitium* dicitur locus in foro, ubi ad curiata comitia, et lites dirimendas aliquando conveniebatur.

Quomodo differunt comitia a concilio?

Concilium dicebatur, si tantum pars populi conveniebat, et praecipue plebs in concilium vocabatur.

Quomodo a concione?

In *concione* non rogabantur sententiae, quod in comitiis fieri debebat.

Quomodo in comitiis suffragia ferebant?

Olim clara voce, sed A. U. DCXIV. hoc abrogatum, et Lege Gabinia ceterisque statutum, ut per tabellas suffragia dicerent.

Quot tabellas accipiebant?

Hoc differebat pro ratione rei, de qua suffragia ferebant. Si magistratus essent creandi, accipiebat quisque civis tot tabellas, quot essent candidati, quorum nomen (saltem primae nominis literae) iis erat inscriptum.

Quot si lex esset ferenda?

Si lex esset ferenda, duas accipiebant tabellas, alteram, qua legem probabant, cui inscriptae erant literae U. R. id est *uti rogas*. alteram, qua legem improbabant, eique inscripta erat litera A. id est *antiquo*.

Quare illa formula U. R. approbabant?

Quia magistratus is, qui comitia habebat, solemni formula rogabat: *velitis jubeatis Quirites etc.* adeoque populus his verbis indicabat, se velle, uti rogaverat magistratus.

Digitized by Google

Quot tabellas civis recipiebat in judiciis?

Si in comitiis judicia essent ferenda, quisque civis tres tabellas accipiebat, unam, cui inscripta erat litera A. id est *absolvo*; alteram notatam litera C. id est *condemno*. Tertia, literis N. L. id est *non liquet*, indicabat, civem, qui ea fuerat usus, nec condemnare, neque absolvere.

Quomodo suffragia ferebant per tabellas?

In Comitio, aliove loco, ubi habebantur comitia, septum, sive ovile extensis funiculis fieri debebat; sed in Campo Martio, quia ibi centuriata comitia habebantur, talis locus cancellis erat clausus.

Quomodo ad id ovile patebat aditus?

Per ponticulos, qui erant viae tam angustae, ut cives viritim per eos transire deberent.

Quare hoc?

Quia ad finem pontis cista erat posita, in quam cives tabellam eam, quam vellent, conjiciebant; ne itaque oriretur confusio, ponticuli hi illius erant latitudinis, ut unus tantum procedere posset.

Ubi cives tabellas accipiebant?

Tabellas accipiebant in introitu ponticulorum a *Diribitoribus*, qui a *diribendo*, id esi *distribuendo* dicti sunt.

Quinam civibus cistam indicabant?

Rogatores, ita dicti a *rogando*, quia tabellas reposcebant.

Quinam custodes?

Custodes erant, qui, postquam una curia, tribus, vel centuria suffragium tulisset, tabellas e cista educebant, singulorum civium sententiam in alia tabella punctis notabant, (quod dicebatur *describere suffragia*) et ita numerabant, ut viderent, quodnam esset suffragium illius curiae, tribus, vel centuriae.

Quo

Digitized by Google

Quo ordine Tribus, curia, vel centuria suffragium ferebat?

Sors ducebatur, et ea curia, tribus, vel centuria, quae prior exierat, prima suffragium ferebat.

Quomodo haec dicebatur?

Tribus et centuria dicebatur *Praerogativa;* curia vero *Principium;* reliquae vero omnes post primam dicebantur *jure vocatae.*

Quot tabellae vincebant?

Major pars: v. c. si plures reperirentur litera A. inscriptae, lex ab ea centuria non accipiebatur; contra, si plures dedissent U. R.

Quid si pares essent?

Si numero pares essent tabellae, ejus curiae, tribus, vel centuriae, nulla renunciabatur sententia, nisi in judicio, ubi ea centuria etc. absolvebat, quae non condemnabat, quod institutum in favorem rei, s. accusati.

A quibus habebantur comitia?

Comitia habebantur a magistratibus; hi iis praerant, vel in quibusdam caussis Pontifex Maximus.

Quot fuerunt comitiorum genera?

Tria: comitia Curiata, Centuriata, et Tributa.

Utrum quartum genus, Kalata, *addendum?*

Kalata comitia non faciunt aliud comitiorum genus, sed ita dicuntur aliquando curiata, aliquando centuriata, ab antiquo verbo *kalo*, id est *voco;* et proprie ita dicebantur comitia, in quibus testamenta condebantur.

Utrum haec tria comitiorum genera easdem requirebant sollemnitates?

Sollemnitates partim omnibus erant communes, partim peculiares.

Digitized by Google

Quaenam erant communes?

I. Debebant per edictum rite indici trinundinum antequam haberentur, et cives convocari. II: Auspicia debebant capi, quae si minus essent felicia, comitia nondum coepta differebantur, coepta dissolvebantur. III. Locus debebat inaugurari. IV. Dies debebat esse comitialis. V. Suffragia ferebantur.

Illud trinundinum quot dies constituebat?

Dies XXVII (1): interdum tamen, si consul abesset, intra pauciores dies comitia sunt habita.

Quare hoc fiebat per trinundinum?

Quia nundinarum diebus cives in agris degentes mercandi causa, in urbem veniebant, utque adeo ad illorum notitiam veniret, quando comitia haberentur.

Quid illud edictum continebat?

Non tantum diem habendorum comitiorum, sed etiam caussam, vel legem, si de lege comitia habenda essent.

Quid fiebat ipsis nundinis, si edictum esset de lege?

Ipsis nundinis ab aliquo, qui inde *lator legis* dicitur, recitabatur, vel ab amico diserto suadebatur, qui *auctor legis* dicitur.

Quomodo hoc appellabatur?

Hoc dicebatur *promulgare legem.*

Quaenam erant sollemnitates peculiares?

I. In Comitiis Curiatis et Centuriatis olim Patres auctores fiebant, id est consentiebant in id, quod populus decreverat, sed postea in incertum comitiorum eventum consentiebant. In tributis vero id non requirebatur, II. In Centuriatis auspicia adhibebantur majora, quam in Curiatis et Tributis. III. In Centuriatis tabernaculum illius, qui comitiis praeerat, auspicato debebat poni.

DE

(1) *Nundinum*, ex *novem* et *dies*; nam Septem dies erant interjecti inter duos dies Nundinales, primum et nonum.

Digitized by Google

DE COMITIIS CURIATIS.

Quaenam sunt antiquissima comitia?

Comitia curiata a Romulo una cum curiis instituta, et locum habebant, quando populus *curiatim*, id est in curias divisus suffragia ferebat; ita ut, quod plures curiae jussisent, id populi jussum diceretur.

Quomodo habebantur?

Cum edicta essent comitia, populus convocabatur per XXX. lictores, et tum is, qui comitia habebat, rogationem suam populo exponebat. Quo facto populus in suas quisque curias discedebat, quae tum eo ordine, quo sorte exierant, suffragia ferebant.

Ubi habebantur?

In Comitio, qui erat locus in foro antea apertus, quare saepe comitia ob ortas tempestates dissoluta sunt, sed postea tectus fuit.

Ob quas caussas habebantur?

Olim, cum alia comitia nondum essent, omnes res populi ad haec comitia pertinebant; sed institutis comitiis Centuriatis et Tributis, duae caussae Curiatorum fuerunt. I. Leges quaedam ferendae. II. Quidam sacerdotes his comitiis erant creandi.

Quae leges his comitiis ferebantur?

I. His comitiis ferebantur leges de imperio magistratibus dando, id est de administratione rei bellicae; Sed cum postea aucto provinciarum numero saepissime ita Curiae convenire deberent, species tantum antiqui moris remansit, et pro XXX. curiis XXX. Lictores in suffragia iverunt.

Quae deinde?

II. Nemo injussu populi Romani statum mutare poterat, quare arrogationes etiam lege curiata factae sunt.

Quae

Digitized by Google

Quae praeterea?

III. Testamenta olim his comitiis condita sunt, quae inde veluti leges erant observanda; sed tum haec comitia dicebantur *kalata* (*vid. suprą in comitiis.*)

Quae ultimo loco?

IV. Denique sacrorum detestationes his comitiis fiebant, quae erant denunciationes heredi, vel legatorio, ut susciperet sacra gentilitia illius, cujus heres erat.

Quinam sacerdotes his comitiis creati?

Flamines, et Curio Maximus.

A quibus haec comitia habebantur?

A magistratibus majoribus, quia haberi debebant *auspicato*, id est captis antea auspiciis.

DE COMITIIS CENTURIATIS.

Quaenam fuerunt comitia centuriata?

Comitia centuriata fuerunt, quando populus per classium centurias divisus suffragia ferebat, ita ut, quod plurimae centuriae jussisent, id ratum esset.

Quo alio nomine vocantur?

Dicuntur etiam *comitia majora.*

Quomodo habebantur?

Postquam per trinundinum edicta erant, captis auspiciis, magistratus, comitia habiturus, ipso comitiorum die urbem egrediebatur, et tabernaculum capiebat, eumque sequebantur omnes cives armati sub signis, in sua quisque centuria.

Utrum semper ab armatis habita?

Postea non omnes armati veniebant, sed paucorum hominum exercitus, posito vexillo, in Janiculo excubabat, quia verebantur Romani, ne hostes vicini aliquando comitiorum die urbem per insidias caperent.

Ut-

Digitized by Google

Utrumne ergo intra urbem habebantur?

Non, quia haberi debebant excercitu imperato, quem in urbe imperari nefas erat.

Quid vero tabernaculum Consulis?

Olim eo Consul imitabatur ducem exercitus, cum omnis populus sub armis eum sequebatur.

Quaenam auspicia ante haec comitia capiebantur?

Auspicia majora, et quidem observatio de coelo, et avium inspectio, quae auspicia intra pomoerium debebant capi.

Utrum poterant differri aut dirimi?

Poterant. I. Si esset obnunciatum. II. Morbo comitiali. III. Si Tribunus plebis intercessisset sollemni verbo *veto*. IV. Orta tempestate.

Quot de caussis habebantur haec comitia?

I. In iis creabantur omnes magistratus majores ordinarii et extraordinarii, et unus sacerdos, Rex sacrorum. II. Leges ferebantur, quae auctoritate senatus rogatae, a Populo latae, a magistratibus majoribus promulgabantur. III. Judicium perduellionis his comitiis fuit exercitum; et olim quidem omnia judicia capitalia, sed ob delictorum frequentiam postea quaestiones perpetuae sunt introductae. (*De his vide infra.*)

Quis comitia haec habebat?

Magistratus major; sed si Rex sacrorum creandus esset, ea habebat Pontifex maximus.

Quinam in illis suffragia ferebant?

Omnes qui pleno jure cives erant, sive in urbe, sive extra eam in municipiis vel coloniis.

Quid fiebat Populo congregato?

Magistratus, qui comitiis praeërat, concionem ad populum habebat, rogabatque, si lex ferenda esset,

ut

Digitized by Google

ut populus eam juberet, vel vetaret. Si magistratus essent creandi, ut populus ex Candidatorum catalogo magistratum eligeret.

Quid fiebat cum populus in centurias discessisset?

I. Instituebatur sortitio centuriarum. II. Ferebant suffragium, uti supra est explicitum.

Utrum illa sortitio fiebat omnium centuriarum simul, an sortiebantur centuriae cujusque classis?

Olim primae suffragium ferebant XVIII. equitum centuriae, tum centuriae peditum primae classis, quae, si consentirent, vincebant, quia tribus centuriis plures erant; si contra, secundae classis centuriae suffragia inibant, et ita porro; sed postea statutum est, ut omnes centuriae sortirentur, et quae prima exibat, dicebatur *praerogativa*, reliquae *jure vocatae*.

Utrum omnes semper centuriae suffragia ferebant?

Non omnes, nam si major centuriarum pars in idem concessisset, ulterius non procedebant.

Quando habebantur haec comitia?

Comitia Consularia habebantur mense Julio, vel Augusto; Praetoria et Censoria non diu post. Ceterum, diebus comitialibus haberi poterant.

Quare vero tam mature habebantur Consularia, cum demum kal. Jan. munus auspicabantur?

Ne periculum esset interregni.

Quamdiu durarunt?

Usque ad Julium Caesarem, qui comitia cum populo est partitus.

In magistratibus creandis utrum populus catalogo candidatorum erat adstrictus?

Olim alios etiam creare potuit, modo legibus eorum ratio haberi posset; sed post leges tabellarias ex can-

Digitized by Google

candidatorum catalogo erant creandi, ut ita eorum nomen tabellis inscribi posset.

Candidati quinam sunt?

Candidati sunt, qui honores petebant, et hoc intra legitimos dies erant professi.

Unde dicuntur candidati?

A toga *candida*, quae ab *alba*, ditiorum veste, differt in eo, quod creta erat addita.

Utrum omnium honores petentium ratio habebatur?

Non; magistratus in eos inquirebant, an etiam essent minores, an turpi judicio damnati, aut alicujus criminis rei.

Quomodo hi Candidati munere potiebantur?

Hi candidati ambibant circa forum et domos civium, et obvios quosque amice suo nomine compellabant; quo consilio secum habebant servos, dictos *Nomenclatores*, qui suggerebant illis civium nomina, et *Divisores*, qui argentum populo dividebant.

Habebantne praeterea alios?

Habebant etiam *sequestres*, qui submittebantur ad corrumpenda populi suffragia, et *Interpretes*, per quos pactio indiceretur de suffragio alicujus pro pecunia obtinendo.

Quomodo indicabatur, quis candidatus vicisset in comitiis?

Qui vicerat, statim a magistratu, comitia habente, appellabatur, et magna pompa domum deducebatur. Primum autem a populo pronuntiari erat perhonorificum.

DE COMITIIS TRIBUTIS.

Quae sunt comitia tributa?

Cum populus per tribus divisus suffragia ferebat.

Quan-

Quando haberi coeperunt?

Altero anno post creatos Tribunos plebis, hoc est anno U. C. CCLXIII. Sed magis frequentari coeperunt post legem Publiliam, latam A. U. CCLXXXII. qua cautum, ut Magistratus Plebeii fierent Comitiis Tributis.

Quae erant caussae horum comitiorum?

Quatuor erant caussae: I. Magistratuum creandorum. II. Sacerdotum subrogandorum. III. Legum ferendarum. IV. Judiciorum exercendorum.

Quinam magistratus his comitiis creati?

Magistratus omnes Minores, Ordinarii et Extraordinarii, sive in urbe, sive in Provinciis.

Quinam sacerdotes subrogabantur?

Olim solus Pontifex Maximus, sed postea etiam Augures, Feciales, VIIviri Epulones, et XVviri sacris faciundis.

Quaenam Leges his Comitiis ferebantur?

Plebiscita, quae varii erant argumenti, ut de civitate danda, de solvendo aliquem legibus, etc.

Quaenam judicia exercebantur?

Non capitalia, sed quibus mulcta irrogabatur, vel exsilium, si quis damnatus ad Populi judicium venire recusaret.

A quibus habebantur?

Magistratuum comitia habebat Dictator, Consul vel Tribunus militum Consul. potestate, nisi Aediles vel Tribuni plebis crearentur, nam tum Trib. pl. comitia habebant. Sacerdotum comitia Consul habebat; Judiciorum Consul, Praetor, vel Tribunus plebis.

Ubi habebantur?

Si magistratus essent creandi, in campo Martio; si leges ferendae, vel judicia exercenda, in Foro, Capitolio, vel aliquando in Circo Flaminio.

Quid

Digitized by Google

Quid in his Comitiis erat singulare?

Quodsi sacerdotes creandi essent, non omnes tribus, sed septendecim tantum, ad id sorte lectae, in suffragium irent, ita ut sacerdos esset, qui a novem tribubus esset renuntiatus.

DE SENATU.

Quale fuit Romuli in legendis senatoribus consilium?

Ut senatus Romanus esset quasi publicum totius urbis consilium, ad quod antiquissimo tempore Rex omnia referebat, quae ad rempublicam pertinerent, quodque, Rege absente, civilia negotia administrabat.

Quinam convocabant senatum?

Olim Reges, iisque pulsis Consules, Dictator, Praetor etc. ita tamen, ut magistratus minor id facere non posset, si adesset major; et praeterea requirebatur, ut esset res nova, quae moram non ferret, ceteroquin Consulis reditum exspectare debebant.

Quomodo convocabatur?

Vel edicto, in quo caussa convocationis addi solebat, vel per praeconem.

Ubi habebatur senatus?

Haberi debebat in templo, id est loco ab auguribus consecrato.

Quando habebatur?

Legitimum tempus erant Kalendae, Nonae, et Idus, sed urgente necessitate omnibus diebus, exceptis quibus comitia habebantur, senatus poterat convocari.

Convocato senatu quid fiebat?

Consul qui fasces habebat, vel magistratus qui senatum habebat, ad senatum referebat, quamvis etiam

 in

iis magistratibus, qui senatum habere poterant, consentiente Consule, ad senatum referre permissum esset.

Quis dicitur ad senatum referre?

Ad senatum referre is dicitur, qui in senatu aliquid proponit: belgice dicimus *een voorstel doen.*

Utrum in una relatione duas res complecti licebat?

Licebat, et magna saepe ad senatum referentis vis erat, si ita duas res comprehenderet, ut dividi vix possent; sed quisque senator, si vellet, poterat solemni formula, *Divide*, petere, ut de unaquaque re seorsim ageretur.

An senatoribus licebat, praeter relationem Consulis, de alia quadam re sententiam addere?

Concedebatur id praecipuis, non vero omnibus.

Sed quare hoc faciebant, cum senator de aliqua re ad senatum referre posset?

Hac arte saepe utebantur, ut ita dicendo diem consumerent, et impedirent, quo minus ea de re senatusconsultum fieret: nam post horam decimam, non nova relatio, nec post solis occasum senatusconsultum fieri poterat.

Facta relatione quid tum fiebat?

Qui ad senatum retulerat rogabat sententiam.

Quo ordine sententiam rogabat?

Olim primus rogabatur Princeps senatus, deinde vero ordo dignitatis, vel etiam aetatis, videtur servatus.

Quomodo sententiam dicebant?

Cum Consul retulisset, senatores rogati stantes sen-

ten

tentiam dicebant, quas Consul tum pronuntiabat, ut in eas discessio fieret.

Qua formula fiebat illa discessio?

Qui hoc censetis illuc transite, qui in alia omnia, in hanc partem.

Utrum praeter senatores etiam alii aditum in senatum habebant?

Omnes magistratus curules, licet a Censore in senatum nondum lecti essent, aditum habebant ad senatum.

An hi etiam sententiam dicebant?

Non, hi nec rogabantur, nec sententiam pronuntiabant, sed per discessionem poterant alterius sententiae favere, atque inde dicuntur senatores *Pedarii.*

Quaenam inde locutiones ortae?

Pedibus ire in alicujus sententiam, et *discedere in alia omnia?*

Quid hae notant?

Hae exponendae sunt ex discessionis ritu: si Consul formulam discessionis pronuntiaverat, ipse primus discedebat in aliquam curiae partem, quo eum sequebantur senatores, qui idem atque ille sentiebant; iique inde dicebantur *pedibus ire in illius sententiam.* Si vero alii a Consule dissentirent, hi aliam curiae partem adibant, et inde dicebantur *discedere in alia omnia.*

Utrum semper primum pronuntiando, deinde discedendo, sententiam dicebant?

Non semper: nam in rebus minoribus, ne tempus inutiliter tererent, tantum per discessionem senatusconsultum fiebat, et tum dicebatur *senatusconsultum per discessionem* factum; si vero fiebat auditis et disputatis senatorum sententiis, dicebatur tantum *senatusconsultum.*

Dicta sententia, et facta discessione quid fiebat?

Numerabant senatores, ut scirent quid plurium suffragia probassent, ut fieret senatusconsultum.

Quid est senatusconsultum?

Senatusconsultum est decretum senatus de rebus, ejus ordinis curae demandatis.

De quibus rebus agebat senatus?

De omnibus rebus, quae ad administrationem reipublicae pertinebant, divinis et humanis, praeter creationem magistratuum, lationem legum, et belli et pacis arbitrium, quarum rerum potestas penes populum erat.

Utrum ad faciendum senatusconsultum omnium senatorum praesentia requirebatur?

Non, legitimus tantum numerus, qui, si non adesset, qui intercedere volebat, dicebat magistratui ad senatum referenti *Numera senatum* (1).

Facto senatusconsulto quinam subscribebant?

Ii, in quorum sententiam factum erat senatusconsultum, id est, qui praeter ceteros ita decerni concupierant, nomina sua subscribebant, quo facto in aerarium condebatur.

Quomodo senatus dimittebatur?

Senatus dimittebatur ab eo, qui senatum habuerat, sollemni formula: *Non amplius vos moramur Patres Conscripti.*

DE MAGISTRATIBUS.

Ad quos tertio loco cura publicae rei pertinet?

Ad magistratus domi forisque.

Quae-

(1) Tum non fiebat *senatusconsultum*, sed *senatus auctoritas*, *Vid.* de Trib. Plebis.

Digitized by Google

Quaenam erant privilegia magistratuum Romanorum?

I. Quod eorum praecipui non in jus vocari potuerunt, quamdiu honore fungerentur. II. Quod nonnulli aditum in senatum habuerunt, quamvis a Censore nondum lecti.

Quomodo dividi possunt magistratus?

I. a Tempore in Ordinarios, et Extraordinarios. II. a qualitate in Majores, sive Curules, et Minores. III. a Locis in Urbanos et Provinciales.

Quinam Ordinarii, quinam Extraordinarii?

Ordinarii sunt, qui quotannis et stato tempore creantur; Extraordinarii qui creantur, quando res flagitat.

Quinam Majores, quinam Minores?

Majores erant, qui majora habebant auspicia, Minores qui minora; Majores praeterea habebant lictorem vel viatorem.

Unde Majores Curules dicti?

Quia illis licebat sedere in sella curuli, quae erat plicatilis, instar literae X. Nomen accepit a curru, cui imponebatur, quo hi magistratus in curiam vehebantur.

Quinam Urbani, quinam Provinciales?

Urbani, qui urbi praeërant; Provinciales, qui provinciae; et his proprie *potestas* tribuitur.

Quinam erant Romanorum Magistratus Majores Ordinarii Urbani?

Consul, Praetor, Censor, Aedilis Curulis, et Cerealis.

Quinam Extraordinarii Majores Urbani?

Dictator, Magister Equitum, Interrex, Praefectus ur-

Digitized by Google

urbi, Xviri consulari potestate, Tribuni militum consulari potestate, IIIviri reipublicae constituendae.

Quinam sunt Minores Ordinarii Urbani?

Quaestor, Aedilis, et Tribunus plebis, IIIviri Capitales, Monetales, Nocturni, Xviri litibus judicandis, IVviri viales.

Quinam Minores Extraordinarii?

Praefectus annonae, IIviri navales, Vviri muris reficiendis, Mensarii.

DE CONSULIBUS.

Consules quo honore fuerunt, et quando instituti?

Consulatus fuit maximus honor, post Reges exactos institutus.

Quot erant numero, quamdiu imperabant, quando eligebantur?

Quotannis mense fere Julio habebantur comitia consularia, et eligebantur duo, sed Kalendis demum Januarijs munus obibant: tempore medio dicebantur *designati*.

Quae aetas requirebatur?

Debebant, secundum legem annalem, esse nati annos XLIII.

Quaenam erant insignia Consulatus?

Insignia erant Lictores duodecim cum fascibus et securibus, qui singuli, et in lineam praecedebant; ultimus eorum, qui proximus erat Consuli, vocabatur postremus.

An ambo Consules habebant hos lictores?

Non ambo Consules *simul* habebant lictores, sed al-

alternis mensibus, eumque, qui lictores non habebat, praecedebat *accensus*, minister publicus.

Quaenam erant reliqua insignia?

Habebant sellam curulem, gerebant togam praetextam, et scipionem eburneum.

Quis dicitur Consul Suffectus?

Suffectus dicitur, qui Consuli mortuo in reliquum anni tempus subrogatur.

Qualis erat Consulum potestas?

Olim potestas erat vere regia, sed legibus Valerii Poplicolae, de *provocatione et fascium submissione*, statim imminuta. Extra ordinem vero interdum potestas dictatoria, in illos collata sollemni SCti formula: *videant Consules ne quid detrimenti capiat Respublica.*

An Consules semper e solis Patriciis fuerunt lecti?

Consules primum legebantur ex solis Patriciis, sed postea etiam ex *Plebe.*

DE PRAETORIBUS.

Qua dignitate erat Praetor?

Praetor Consuli fuit proximus dignitate.

Quando creari coeperunt Praetores?

Creati sunt Praetores, postquam Consulatus cum plebe esset communicatus (1), ut jus dicerent, cui rei Consules, ob frequentia bella, amplius vacare non poterant.

Quot

(1) A. U. CCCLXXXVII.

Digitized by Google

Quot fuere Praetores?

Fuit tantum primo unus: sed postea duo sunt creati, Urbanus et Peregrinus (1).

Quid hi differunt?

Urbanus erat honoratior, et jus dicebat inter Cives solos: Peregrinus jus exerçebat inter Cives et peregrinos.

Quando creabantur et quamdiu munere fungebantur?

Creabantur in comitiis centuriatis iisdem auspiciis quibus Consules, et munus, quod Kalendis Januariis auspicabantur, per annum gerebant.

Qua aetate creabantur?

Legitimus annus Praetorum erat, sub Republica, trigesimus tertius.

Quaenam erant eorum insignia?

Insignia eorum erant I. Sex Lictores cum fascibus. II. Toga praetexta. III. Sella curulis. IV. Tribunal. V. Hasta, quae jurisdictionis, et Gladius, qui quaestionis signum erat.

Quale erat munus Praetoris?

Praetor I. Ludos edebat, maxime qui in circo dabantur. II. Absentibus Consulibus eorum munus sustinebat. II. Praecipuum Praetoris munus erat *Jurisdictio.*

Quomodo jurisdictionem exercebat?

Initio magistratus proponebat edictum, secundum quod eo anno jus esset dicturus de iis, quae privato jure Quiritium continebantur.

Quo-

(1) Postea plures: usque ad Caesarem octo fuerunt.

Quomodo illud edictum Praetoris dicebatur?

Illud edictum dicebatur *Album*, quia scribebatur in tabula dealbata: etiam *Lex annua*, quia quotannis a Praetore ejus anni renovabatur.

Utrum hoc semper mansit?

Non, jussu Imperatoris Hadriani, Salvius Julianus omnia illa edicta in unum volumen collegit, quod proprie *Edictum perpetuum* et *jus honorarium* est dictum.

Quae verba in Jurisdictione erant solemnia?

Haec tria: *Do*, *Dico*, *Addico*; quorum primum significat *dandi judicis* potestatem, secundum *juris dicendi*, tertium *judicatum faciendi*.

Utrum ad hos Praetores etiam pertinebant judicia publica?

Non; de iis populus judicabat in comitiis, quamvis postea quaestiones perpetuae sint constitutae, ad quas dijudicandas alii Praetores sunt electi.

DE CENSORIBUS.

Censores unde nomen habent?

A censendo, id est, *censum agendo*.

Quot erant Censores, et quamdiu?

Bini creabantur in quinquennium.

Quodnam erat eorum munus?

Munus eorum erat, I. Bona civium censere (1). II. Mores civium castigare.

Quid

(1) *Censere* est et numerare et aestimare nobis *schatten*. Porro Censorum fuit quoque *Lectio* senatus et Equitum et reliquorum civium *centuriatio*, e. i. descriptio in Centurias; item administratio vectigalium et pecuniae publicae: denique cura ac tutela aedificiorum publicorum.

Digitized by Google

Quid illud est bona civium censere?

Ex instituto Servii Tullii singulis quinquennii; quod tempus *Lustrum* vocabatur, omnes cives Censoribus indicare debebant bona sua, aetatem, uxorem, liberos, servos etc. qui actus vocabatur *Census*, et fiebat in Campo Martio.

Quae poena in incensos erat statuta?

Qui censum neglexisset, vel fraude in indicandis, vel aestimandis bonis fuisset usus, virgis caesus sub hasta vendebatur, et bona ejus publicabantur.

Quid fiebat post censum?

Censu peracto condebatur *Lustrum*, id est, actus censendi finiebatur sacrificio, quod dicebatur *Suovetaurilia*, quia constabat ex Sue, Ove et Tauro.

Quodnam erat alterum Censorum munus?

Alterum Censorum Munus erat censura morum; nam attendebant in vitam civium, et sine discrimine omnes poterant notare: eorum animadversio vocabatur *Nota*.

Quaenam erant poenae sive notae Censorum?

Notae Censorum erant praecipue quatuor, poterant I. Senatorem senatu movere, id est, in recitando catalogo ejus nomen omittere. II. Equiti publicum equum adimere. III. Civem tribu movere, id est, ex tribu honesta in minus honestam transferre; Tribus autem rusticae erant honoratiores. IV. Aliquem inter Aerarios referre, sive in Caeritum tabulas, id est, in ultimam classem; tum eodem jure fruebantur, quo incolae oppidi *Caere* (1), qui suffragii jus non habebant.

An

(1) Nomen oppidi *Caere* aliquando ἄκλιτον est. Oppidani *Caerites*, correpta media; vel *Caeretes*, media porrecta, dicuntur.

An Censor poterat continuari?

Nemo bis Censor fieri poterat, et alterutro mortuo alium ei sufficere non licebat.

Quando magistratum inibant Censores?

Statim ac creati essent; ante tamen jurare debebant, se nihil gratiae aut odio daturos.

Quaenam habebant insignia?

Insignia habebat Censor eadem, quae Consul, praeter Lictores.

DE AEDILIBUS.

Aediles unde dicuntur?

Aediles dicuntur, quia curam habebant Aedium publicarum et privatarum.

Quotuplices sunt Aediles?

Triplices, Plebeii, Curules et Cereales: sed Plebeii pertinent ad magistratus minores.

Quae fuit Curulium origo?

Cum senatus, communicato cum plebe consulatu, ob ordines in concordiam redactos, unum diem ludis maximis adjiciendum censuisset, Aediles plebis id munus recusabant; creati tum sunt duo ex Patriciis Aediles Curules dicti.

Nonne aliis insignibus Aediles Patricii a Plebeiis distinguebantur?

Habebant etiam togam praetextam, et jus imaginum, quae omnia Aedilibus Plebeiis negata erant.

Quinam sunt Aediles Cereales?

Julius Caesar A. U. DCCIX. duos Aediles constituit ex Patriciis legendos, qui, quod annonam cura-

Digitized by Google

rarent, *Cerealas* a Cerere dicti sunt; itaque quod antea omnium erat Aedilium, his speciatim datum est.

Quodnam erat Aedilium munus?

Munus eorum versabatur I. in cura urbis; quo pertinet cura aedificiorum publicorum et privatorum; deinde curabant loca publica, luxum et petulantiam, incendia, funera etc. II. Cura annonae; res in foro venales inspiciebant, et aestimabant; mensuras iniquas frangebant. III. Cura ludorum solemnium statorum, non vero privatorum: quamvis hoc proprie ad Curules pertinuerit.

Qua aetate legebantur?

Legitimus annus Aedilitatis erat tricesimus.

Utrum Aediles habebant vocationem et prehensionem?

Non, nisi jussu Tribuni plebis, nec etiam Lictoribus vel Viatoribus utebantur, sed servis tantum publicis.

DE DICTATORE.

Quinam erat Dictator?

Erat Magistratus extraordinarius, et *dicebatur* (sic enim proprie loquebantur) ob periculosum bellum vel seditionem, vel quoties brevi et extraordinario imperio esset opus.

Quanta erat ejus potestas?

Potestas ejus fuit maxima, sed tantum semestris, et licet intra sex menses negotium non esset perfectum, ad quod Dictator creatus erat, tamen dictaturam deponebat, in summa vero Reipubl. necessitate bis terve ea dignitas fuit prorogata.

Ut-

Digitized by Google

Utrum pluribus legibus erat adstrictus?

Omnino, pecuniae publicae nihil poterat impendere nisi jussu senatus; extra Italiam ei cum imperio ire non licebat; etc. quibus effectum est, ut per CCC. annos nemo dictatura sit abusus; donec Sulla A. U. DCLXXII. eandem superbissime gessit.

Ex quonam ordine legebatur Dictator?

Vulgo Dictator eligebatur ex Consulibus, vel Consularibus, raro ex Praetoribus.

An reliqui Magistratus manebant sub Dictatore?

Non: sed dicto Dictatore, cessabat reliquorum Magistratuum potestas, praeter Tribunorum.

Quaenam habebat insignia?

Habebat XXIV. Lictores cum fascibus et securibus, etiam in urbe.

DE MAGISTRO EQUITUM.

Quis erat Magister Equitum?

Magister Equitum aderat Dictatori, et ab illo eligebatur: Equitibus praeërat, ac Dictatori obediens esse debebat: habebat sex Lictores cum fascibus.

Utrum habebat insignia?

Magister Equitum eadem habebat insignia, quae Praetor, excepto tribunali.

DE INTERREGE.

Unde sunt Interreges?

Post mortem Romuli primum instituti sunt, cum dissentiretur de Rege creando; ne itaque ἀναρχία esset, id est, urbs sine imperio, constitutum est,

ne

Digitized by Google

ut penes unum ex Senatoribus per quinque dies insignia et munus Regum essent.

Quamdiu illud duravit?

Illud duravit per totum annum, donec Numa Pompilius Rex creatus est, illudque tempus vocabatur *Interregnum.*

An etiam sub Consulibus fuerunt Interreges?

Sub Republica etiam Interreges proditi sunt, cum nec Dictator, nec Consules in urbe essent, quod vel per repentinam mortem evenire poterat, vel diremtis comitiis intercessione Tribuni plebis.

DE PRAEFECTO URBI.

Quis fuit Praefectus urbi?

Initio Reipubl. Praefectus urbi dicebatur, qui absentibus Coss. constituebatur, ut eorum munia in urbe obiret; sed post creatos Praetores hic magistratus creari coepit *Latinarum feriarum* causa.

Qualis fuit sub Augusto.

Augustus Praefectum urbi constituit, cujus potestas ordinaria et continua esset, et valeret intra urbem, et centesimum ab urbe lapidem.

Quale fuit eorum munus?

Jus dicebat praesertim inter dominos et servos, liberos et patronos, coercebat fraudes nummulariorum, quae antea fuerant Praetoris; praeterea ex Aedilicio munere habebat curam carnis venalis.

Ex quibus creabatur?

Plerumque ex iis, qui jam omnes magistratus cum laude gesserant.

DE

Digitized by Google

DE DECEMVIRIS CONSULARI POTESTATE.

Quare Decemviri consulari potestate creati sunt?

Hi creati sunt ad leges describendas, nam cum paucae essent Romae leges, legati missi sunt in Graeciam, qui Draconis, Solonis, aliorumque legislatorum leges describerent: illis reversis A. U. CCCII. omnes Magistratus se abdicarunt, et creati sunt decemviri ex Patriciis legum ferendarum causa, quorum singuli per unum diem haberent imperium (1).

Quid hi perfecerunt?

Tum decem legum tabulas pertulerunt; sed cum aliquot leges deëssent, in sequentem annum iterum Xviri creati sunt.

An hic Magistratus fuit perpetuus apud Romanos?

Non: cum enim hi tyrannidem invadere conarentur, se abdicare sunt coacti.

De legibus eorum quid factum est?

Legibus Tabulae duae sunt additae; atque haec est celeberrima illa Lex duodecim Tabularum, norma ac fundamentum juris publici et privati Romanorum.

DE TRIBUNIS MILITUM CONSULARI POTESTATE.

Quinam sunt Tribuni militum consulari potestate?

Quum Plebs consulatum cum Patriciis vellet commu-

(1) Livius libro III.

municare, statutum est A. U. CCCIX. ut pro duobus Consulibus, sex tribuni militum crearentur, tres ex Patriciis, et tres ex Plebeiis, qui consulari potestate Rempublicam administrarent.

Unde Tribuni militum dicti?

Hoc nomen iis datum, quia inter homines plebeios maxime eminebant, qui Tribuni in castris fuissent.

Quamdiu illud duravit?

Ex illo tempore per LXXX. annos nunc Consules, nunc Tribuni sunt creati, prout vel plebs vel Patres contentionibus praevaluissent, donec A. U. CCCLXXXVII. primus de plebe Consul est creatus.

DE IIIVIRIS REIPUBLICAE CONSTITUENDAE.

Utrum hi inter magistratus recensendi?

Hos inter recenseri possunt, licet aliis tyrannis potius quam magistratus videatur.

Unde illorum origo repetenda?

Origo quaerenda in bellis civilibus, ad quae componenda hi IIIviri creati sunt.

Qui fuere IIIviri reip. constituendae?

Hi fuerunt Antonius, Lepidus et Octavianus; nam fuit magistratus cum summo imperio, quem in quinquennium tres illi a senatu acceperunt: sed Lepidus auctoritate fuit exutus, Antonius apud Actium victus A. C. XXIX. atque ita rerum summa ad Octavianum pervenit, qui deinde *Augustus* appellatus est (1).

DE

(1) Ceteri IIIviratus commentitii sunt: nam v. c. Caesar, Pompejus et Crassus tantum privatim potentiae societatem inter se iniierunt, vid. Ernestus ad Taciti Annal. I. p. 5.

Digitized by Google

DE QUAESTORIBUS.

Quaestura qualis erat?

Quaestura erat magistratus ordinarius minor, per quem ad honores patebat adscensus.

Quotuplex erat?

Triplex: Urbana, Provincialis, et Parricidii, sive rerum capitalium.

Quale fuit Urbanorum munus?

Curare debebant aerarium publicum, quod fuit in aede Saturni, deinde signa militaria ad Consules in expeditionem ituros mittebant, porro legatos exterarum gentium excipiebant, deducebant, et hospitia iis adsignabant, etc.

Quinam fuerunt Provinciales?

Provinciales erant, qui Proconsules vel Propraetores in provincias, quas sortiti erant, comitabantur. (*de his infra in magistratibus provincialibus*).

Utrum Lictorem habebat Quaestor?

Urbanus habuisse Lictorem non videtur, Provincialis forte absente Praetore.

Quaenam aetas requirebatur?

Poterat geri Quaestura circa annum vigesimum sextum vel septimum, et, qui hoc magistratu fuerat functus, poterat in senatum venire, licet ipse Senator nondum fuisset lectus.

DE AEDILIBUS ET TRIBUNIS PLEBIS.

Quando creati Aediles plebis?

Eodem tempore, quo Tribuni plebis, A. U. CCLX.

et quidem olim comitiis curiatis, sed postea tributis, unde etiam *Tribunorum collegae* dicuntur.

Utrum Aediles plebis ad Tribunos pertinent?

Omnino, nam creatis Tribunis voluit populus, ut sibi liceret binos quotannis viros creare, qui Tribunis plebis essent quasi adjutores, et judicarent, quas causas Tribuni iis commisissent.

Qua occasione creati Tribuni plebis?

Plebs olim, cum a Patriciis pessime haberetur, mali levamen petiit quidem, sed elusa saepe, A. U. CCLIX. in montem sacrum trans Anienem fluvium secessit, unde in urbem redire noluit, nisi postquam Patres plebi concessissent, ut, ad sui defensionem, quosdam proprios sibi magistratus crearet, qui ex Tribunis militum primum sunt lecti.

Quot creabantur, et quibus comitiis?

Olim duo, deinde quinque, mox decem, creati sunt comitiis Centuriatis.

Utrum semper ex plebe creati?

Certo, nec patricius ad hoc munus adspirare poterat, nisi qui adoptione ad plebem transiisset.

Utrum Tribunis aditus erat in senatum?

Non, sed ante valvas curiae in subsellis sedebant, unde, quae in senatu agebantur, intelligere poterant.

Quale fuit eorum munus?

Initio institutionis non fuerunt habiti magistratus, sed potius impedimentum magistratuum, quoniam eorum munus in sola plebis defensione contra Patricios constabat, et eorum potestas magis in *prohibendo* quam *agendo* consistebat; sed eorum potestas crevit, ipsique *sacrosancti* fuerunt.

Qui-

Quomodo impediebant acta senatus?

Intercedendo, id est pronuntiando solemne verbum *veto*, cujus tanta erat vis, ut si quis non paruisset, sive privatus, sive magistratus, extemplo per Viatorem in carcerem deduci juberetur.

Utrum valebant acta senatus, si intercessissent Tribuni?

Si Tribuni, vel unus eorum, intercessisset, senatusconsultum nullam habebat vim, sed perscribebatur *senatus auctoritas*, qua constabat, quid senatus censuerat.

Fuitne hic magistratus Reipublicae Romanae utilissimus?

Potuisset sane utilis esse, sed, potestate abutentes, populi comitia pro arbitrio saepe cogebant et dissolvebant, plebiscita quaecumque promulgabant, provincias et imperia magistratibus pro lubitu dabant, vel adimebant, et saepissime maximarum turbarum fuerunt auctores.

Quis eorum potestatem valde minuit?

Sulla, qui praeter solam intercessionem omnia Tribunis ademit.

Utrum sub Imperatoribus etiam fuerunt Tribuni?

Potestas Tribunicia in Augustum senatusconsulto fuit collata; sub eo tamen creati fuerunt Tribuni, et quaedam jura habuerunt; sub Nerva vero et Trajano eorum dignitas nulla erat, et inanis umbra.

DE ALIIS QUIBUSDAM MAGISTRATIBUS MINORIBUS.

Quinam erant Triumviri Capitales?

Triumviri Capitales erant, qui in judiciis publicis

Digitized by Google

et quidem olim comitiis curiatis, sed postea tributis, unde etiam *Tribunorum collegae* dicuntur.

Utrum Aediles plebis ad Tribunos pertinent?

Omnino, nam creatis Tribunis voluit populus, ut sibi liceret binos quotannis viros creare, qui Tribunis plebis essent quasi adjutores, et judicarent, quas causas Tribuni iis commisissent.

Qua occasione creati Tribuni plebis?

Plebs olim, cum a Patriciis pessime haberetur, mali levamen petiit quidem, sed elusa saepe, A. U. CCLIX. in montem sacrum trans Anienem fluvium secessit, unde in urbem redire noluit, nisi postquam Patres plebi concessissent, ut, ad sui defensionem, quosdam proprios sibi magistratus crearet, qui ex Tribunis militum primum sunt lecti.

Quot creabantur, et quibus comitiis?

Olim duo, deinde quinque, mox decem, creati sunt comitiis Centuriatis.

Utrum semper ex plebe creati?

Certo, nec patricius ad hoc munus adspirare poterat, nisi qui adoptione ad plebem transiisset.

Utrum Tribunis aditus erat in senatum?

Non, sed ante valvas curiae in subsellis sedebant, unde, quae in senatu agebantur, intelligere poterant.

Quale fuit eorum munus?

Initio institutionis non fuerunt habiti magistratus, sed potius impedimentum magistratuum, quoniam eorum munus in sola plebis defensione contra Patricios constabat, et eorum potestas magis in *prohibendo* quam *agendo* consistebat; sed eorum potestas crevit, ipsique *sacrosancti* fuerunt.

Qu-

Quomodo impediebant acta senatus?

Intercedendo, id est pronuntiando solemne verbum *veto*, cujus tanta erat vis, ut si quis non paruisset, sive privatus, sive magistratus, extemplo per Viatorem in carcerem deduci juberetur.

Utrum valebant acta senatus, si intercessissent Tribuni?

Si Tribuni, vel unus eorum, intercessisset, senatusconsultum nullam habebat vim, sed perscribebatur *senatus auctoritas*, qua constabat, quid senatus censuerat.

Fuitne hic magistratus Reipublicae Romanae utilissimus?

Potuisset sane utilis esse, sed, potestate abutentes, populi comitia pro arbitrio saepe cogebant et dissolvebant, plebiscita quaecumque promulgabant, provincias et imperia magistratibus pro lubitu dabant, vel adimebant, et saepissime maximarum turbarum fuerunt auctores.

Quis eorum potestatem valde minuit?

Sulla, qui praeter solam intercessionem omnia Tribunis ademit.

Utrum sub Imperatoribus etiam fuerunt Tribuni?

Potestas Tribunicia in Augustum senatusconsulto fuit collata; sub eo tamen creati fuerunt Tribuni, et quaedam jura habuerunt; sub Nerva vero et Trajano eorum dignitas nulla erat, et inanis umbra.

DE ALIIS QUIBUSDAM MAGISTRATIBUS MINORIBUS.

Quinam erant Triumviri Capitales?

Triumviri Capitales erant, qui in judiciis publicis

Digitized by Google

de capite servorum et infimae sortis hominum judicabant.

Quinam Triumviri Monetales?

Triumviri Monetales, a *moneta* dicti, auro argento aeri flando feriundo praeërant, quod in priscis monumentis denotatur per literas A. A. A. F. F.

Quinam Triumviri Nocturni?

Triumviri Nocturni erant, qui incendia curabant, et vigilias circumibant.

Quinam Decemviri litibus judicandis?

Erant quinque Senatores et quinque Equites, qui in consilio Praetoris erant, et hoc denunciante Centumviros cogebant, qui Centumviri in causis gravioribus judicia faciebant.

Quinam Quatuorviri Viales?

Quatuorviri Viales erant, qui viis reficiendis et curandis praeërant.

DE MINORIBUS EXTRAORDINARIIS.

Quis fuit Praefectus annonae?

Praefectus annonae curabat, ut frumentum ex Africa Romam veheretur. Olim haec cura ad Aediles vel Quaestores pertinuit, sed magna fames huic magistratui creando dedit occasionem.

Quinam Duumviri Navales?

Duumviri Navales classi ornandae et reficiendae a populo creabantur, quod eorum nomen satis indicat; quo modo etiam *Quinqueviri muris reficiendis* a muneris ratione nomen acceperunt.

Qui-

Digitized by Google

Quinam Mensarii?

Quinqueviri Mensarii erant, qui curarent, ut aes alienum dissolveretur. Dicti sunt *Mensarii* a dispensatione pecuniae publicae.

DE MAGISTRATIBUS PROVINCIALIBUS.

Quinam sunt Magistratus Provinciales?

Magistratus Provinciales sunt, qui quotannis cum imperio in Provincias mittebantur, quales fuere Proconsules, Propraetores, eorumque Legati, et Quaestores.

Quid est Provincia, et quaenam fuit prima?

Provincia est Regio, quam Populus Romanus *provicit*, vel *procul vicit*. Prima mera provincia fuit Sardinia.

Quomodo Provinciae distinguebantur?

Provinciae erant Consulares vel Praetoriae: in easque quotannis alii Proconsules et Propraetores, post gestum in urbe Consulatum vel Praeturam, mittebantur, sed postea plures in annos illis imperium fuit prorogatum.

Utrum haec distinctio semper erat certa?

Non: ea enim Provincia, quae hoc anno fuerat consularis, sequenti anno poterat esse Praetoria: Senatus enim plerumque Provincias, in quibus majus erat periculum, vel bellum gerendum, Consulibus dabat administrandas.

Quo jure utebantur in Provinciis?

Habebant *imperium* et *potestatem;* quae ita differunt, ut *potestas* ei tribuatur, *qui a Populo negotio alt-*

Digitized by Google

alicui est praepositus, imperium vero, *cui nominatim a Populo belli gerendi potestas data est.* Imperium itaque militiam, Potestas jurisdictionem spectabat.

Quodnam erat munus eorum?

Munus eorum Magistratuum erat Provincias administrare, vel bello subjugare, sed per hiemem plerumque judicia exercebant, et Provincias obibant, quod dicebatur, *Agere conventum.*

Quando redibant?

Anno suo exacto, intra XXX. dies redibant e Provincia, quod dicebatur *decedere Provincia;* imperiumque tradebant suo successori.

Quid faciebant Romam reversi?

Quum Romam reversi erant, res gestae eorum examinabantur; et, si bene Provinciam administrassent, magno honore afficiebantur, sed si rem male gesserant, repetundarum et peculatus accusari poterant.

Utrum inter Proconsules et Propraetores differentia fuit?

Nulla, nisi quod Proconsules duodecim, Propraetores sex tantum Lictoribus uterentur.

An alios quoque Magistratus secum habebant?

His Proconsulibus, et Propraetoribus adjungebantur Legati, qui quasi eorum Vicarii erant, illosque sua opera et consilio adjuvabant.

An nullus praeterea aderat?

Quaestores etiam illis aderant, quorum munus erat Stipendia, Vectigalia, Praedam, Frumentum etc. curare, eratque inter illos, et Proconsules ac Propraetores ea de re magna necessitudo.

Digitized by Google

Si Praeses ante adventum successoris decessisset Provincia, quis succedebat?

Quaestor tum ejus munus obibat; si vero, mortuo Quaestore, alius Praesidi Quaestoris loco esse incepisset, hic *pro Quaestore* esse dicebatur.

DE MINISTRIS MAGISTRATUUM.

Quinam sunt primi inter Ministros Magistratuum?

Primi erant Scribae, qui Rationes publicas, Leges, Acta senatus etc. in tabulas scribebant; erant hi apud Romanos vilis conditionis, et minus honorifici.

Utrum singulis magistratibus apparebant?

Omnino, et ab iis denominabantur: ita occurrunt Scribae *Quaestorii*, *Praetoris etc.*

Accensi quinam sunt?

Accensi praeibant Consuli eo mense, quo fasces non habebat; Populum ad concionem, et ad Praetorem vocabant; hi erant fere Libertini.

Quinam sunt Lictores?

Lictores Magistratibus Majoribus, exceptis Censoribus, apparebant.

Quodnam erat munus eorum?

Eorum munus erat, I. Consuli, et reliquis praeire cum fascibus et securibus; II. Submovere turbam, ut locum Magistratibus facerent; III. Damnatos judicio caedere virgis, et securi caput amputare.

Digitized by Google

Quodnam erat Praeconum munus?

Praeconum munus erat varium: in sacris silentium indicebant, in concionibus audientiam faciebant, in auctionibus venalia proclamabant, in comitiis populum ad suffragia citabant etc.

Quinam sunt Viatores?

Viatores erant proprie Ministri Aedilium, et Tribunorum Plebis, quibus erant loco Lictorum.

Undè nomen habent?

Nomen habent a *via*: quia, cum Magistratus olim maxime rure degerent, inde eos arcessebant.

Quinam erat Ministrorum vilissimus?

Carnifex omnium erat vilissimus, cui intra urbem habitare non licebat: puniebat autem non nisi servos fugitivos, aliosque infimae sortis et conditionis homines.

DE JUDICIIS.

Judicia quotuplicia sunt?

Duplicia, Publica et Privata.

Quomodo in Privatis procedebatur?

Orta lite, petitor adversarium in jus vocabat ad Praetorem, ibique declarabat, qua actione uti, et qua causa agere vellet, quam a Praetore petebat; Tertio inde die certa formula actionem intendebat, et postulabat judicem, quem approbare debebat reus; Dein fiebat *litis contestatio*, id est rei controversae apud judicem testata facta narratio, qua facta, fiebat *comperendinatio*, id est uterque litigator denunciabat alteri in diem tertium, sive *perendinum*, eoque die, post brevem causae perorationem fiebat judicium, et post meridiem ante solis

lis occasum sententia dicebatur, nisi judex juraret, sibi non liquere, aut causam *ampliaret*, id est differret.

Quae sunt judicia publica?

In quibus quaeritur de criminibus.

Quotuplicia sunt?

Duplicia, Ordinaria vel Extraordinaria, haec a Quaestoribus rerum capitalium a Populo extra ordinem constitutis, illa a Praetoribus exercebantur, quibus quaestiones perpetuae erant mandatae.

Quaenam erant quaestiones perpetuae?

Criminum capitalium quaestiones, quibus lege certa forma erat praescripta, et quas Praetor, ad id electus, *perpetuo*, id est toto anno, exercebat. Tales fuerunt *Repetundarum*, *Peculatus*, *Ambitus*, *et Majestatis*.

Qualis fuit ordo judicii publicii?

In jus vocatione facta, petebat accusator, ut sibi liceret ejus *nomen deferre*, quae nominis delatio solemni formula fiebat, v. c. *Ajo te spoliasse Siculos*, *etc. atque eo nomine sestertium millies ex lege repeto.* Si reus tacuisset, in repetundarum et peculatus judicio lis aestimabatur, in ceteris poena repetebatur. Si inficiatus esset, nomen ejus inter reos recipiebatur. — Tum Praetor diem decimum, vel tricesimum, aut aliquando longiorem constituebat, quo actor et reus adesset, eoque die fiebat sortitio judicum eo numero, quem lex praescribebat. Hinc causa peragebatur accusatione et defensione.

Quomodo sententiam ferebant Judices?

Praetor judicibus dabat tabellas tres, litera A. C. et N. L. notatas, ut in Comitiis: (*vid. pag.* 72.) et judices, ut sententiam ferrent, in consilium mittebat; qui eas tabellas in urnam conjiciebant, unde

Digitized by Google

cum essent eductae, Praetor sententiam pronuntiabat hac formula, *videri reum hoc fecisse:* et in formula condemnationis poena plerumque etiam exprimebatur, v. c. *videtur vim fecisse, eóque nomine aqua et igni ei interdico.* In repetundarum et peculatus judicio reum sequebatur *litis aestimatio*, in aliis *animadversio* sive poena.

Utrumne quaedam judicia populo sunt relicta in comitiis?

Omnino, v. c. perduellionis, quo tenebantur, qui hostili animo in Rempublicam esse deprehendebantur, et alia.

Quinam in his judiciis ordo?

Magistratus, qui aliquem accusare vellet, diem dicebat reo, et in re capitali *vades*, in multa *praedes* petebat, qui, si dati non essent, reus in carcere servabatur. — Dicto die, accusator testibus et argumentis accusationem instituebat, eamque ter, intermissa die, peragebat; in singulis autem accusationibus poenam mulctamve pro arbitrio accusator dicebat, eaque *anquisitio* vocatur. — Tum per tres nundinas rogationem promulgabat, quae crimen et poenam continebat. — Post haec magistratus, qui accusabat, diem comitiis edicebat, quibus judicium fiebat latis suffragiis *vid. supra p. 72.*

PARS

Digitized by Google

PARS QUARTA;

DE PRIVATIS ROMANORUM MORIBUS.

DE VESTIBUS.

Qua veste utebantur Romani?

Toga erat propria Romanorum, unde vocantur Gens *togata*: uti Pallium erat vestimentum Graecorum.

Qualis erat Toga?

Toga erat lanea, pene rotunda, clausa, sine manicis, dextrum brachium exserebant superne, et sinistro oram togae sublevabant: hanc semper in urbe gerebant, et erat albi coloris.

Quaenam toga dicitur Pulla, *quaenam* Sordida?

Toga *pulla* erat vestimentum lugentium, quod alii de nigra, alii de ferruginea intelligunt; *Sordida* vero vestis fuit reorum, qui obsoleta, et maculis inquinata veste cives movere conabantur.

Quaenam dicitur Picta?

Quae auro et purpura opere Phrygio erat ornata, et proprie vestis erat triumphantium.

Quae-

Digitized by Google

Quaenam toga dicitur Praetexta?

Toga *Praetexta* vocatur, cui limbus purpureus erat praetextus; eratque puerorum nobilium gestamen, usque ad annum XVII, unde *Praetextati*, pro pueris nobilibus ponuntur: tunc sumebant togam virilem.

Qua veste utebantur Puellae?

Puellae etiam togam praetextam gerebant, donec nuberent.

Quinam praeterea?

Magistratus etiam majores, Pontifex Maximus, Augures, etc. utebantur ea, ut supra jam vidimus.

Qualis erat vestis interior?

Tunica erat vestis interior, et brevior, lanea et alba: domi eam habebant discinctam, sed foris cingulo coërcebant.

Quae tunica dicitur recta?

Recta dicitur, quae ita texta erat, ut fila, a summa ad imam vestem directa, non vero transversa, per mediam vestem ducerentur.

An haec virorum et mulierum erat communis?

Haec erat vestis virorum aeque ac mulierum: plerumque autem duas gerebant; exteriorem, quae erat longior, et proprie *Tunica* dicitur; et interiorem, quae erat brevior.

Nonne haec interior alio nomine vocatur?

Tunica interior vocabatur *Subucula*, vel *Interula*, si esset virorum; et *Indusium*, si esset mulierum.

Tunica Laticlavia quid est?

Tunica Laticlavia erat gestamen Senatorum, et Angusticlavia erat Equitum.

Quid

Digitized by Google

Quid est Stola?

Stola vestis erat mulierum, quae superior ad pedes usque dependebat, et huic circumiici *Palla* solebat.

Quomodo tegebant mulieres caput?

Mitra erat tegumentum capitis mulierum.

Vitta quid est?

Vitta erat crinalis fascia, qua capillos in capite colligabant: hoc gestamen sumitur pro pudoris insigni.

In militia qua veste utebantur?

Sago vel *Chlamyde*, quae tunicae superinduebatur, et fibula connectebatur; nec tantum militum, sed etiam iter facientium erat.

Quae Laena?

Vestis erat densior et villosa, arcendo frigori apta, qualis etiam fuit *Lacerna*, Chlamyde longior et laxior, in urbe aliquando pluviae, vel frigoris causa togae superinjecta.

DE CONVIVIIS.

Quomodo Romani convivia celebrabant?

Romani accumbebant mensae, circum quam tres lecti erant positi, unde *Triclinium* proprie dicitur pro loco, ubi coenatur.

Cujus formae erant mensae?

Mensa Romanorum erat rotunda et humilis, et pauperiorum tripes, sed lautiorum citrea, vel acerna, pede eburneo sustentabatur, unde *Monopodia* dicitur.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo accumbebant?

Accumbebant veteres superiori corporis parte in cubitum reclinata, inferiori porrecta.

Quot erant in uno lecto?

In uno lecto jacebant tres convivae; sed semper loca relinquebantur vacua convivis non vocatis, quae vocabantur *Umbrae*.

Quomodo se ad coenam parabant?

Ante coenam in balneo se lavabant; alium vestem induebant; et calceis exutis soleas sumebant.

Quid si convivia essent solemniora?

In hilarioribus epulis caput unguentis illinebant, coronas crinibus imponebant, et sorte aliquem eligebant, qui *Rex*, vel *Arbiter coenae* dictus, bibendi modum praescribebat.

DE PECUNIA.

Qua pecunia utebantur Romani?

Utebantur Auro, Argento et Aere. Nummi vero dicebantur, *As*, *Denarius*, *Sestertius* etc.

Quantum valet As?

As nummus erat aeneus, faciens paullo minus quam quinque chalcos.

Quid est Denarius?

Denarius erat argenteus, respondetque Atticorum Drachmae, et nostrae monetae, *Een schelling*.

Sestertius *quid est?*

Sestertius scil. *nummus*, valebat duos Asses cum semisse, unde nomen habet; nam dicitur quasi semistertius, convenit circiter duodecim chalcis, sive *twee blanken*.

Quae-

Digitized by Google

Quaenam fuit Sestertii nota?

Sestertii nota fuit, IIi. vel IIS. significans, duas libras et semissem, quae postea vulgo in HS. corrupta fuit,

Sestertius et Nummus quid differunt?

Sestertius et Nummus idem est.

An Sestertius *in masculino, et* Sestertium *in neutro valent tantundem?*

Non: *Sestertius* in masculino genere significat singulos nummos sestertios: sic e. g. CC. sestertii faciunt XV. florenos; et ita per singulos nummos numerabant, usque ad mille; sed tum dicebant *Sestertium* scil. *pondus*.

Quantum aeris igitur denotat Sestertium *in neutro genere?*

Sestertium in neutro genere, valebat mille sestertios singulos, sive LXXV. florenos: adeoque *mille sestertia*, in neutro genere, sunt mille millia sestertiorum singulorum, sive LXXV. millia florenorum.

Quomodo vero numerabant supra mille?

Quum supra mille sestertia numerabant, adverbialiter, et elliptice loquebantur, et singula sestertia centuplicabantur, e. g. dicebant *decies sestertia*, id est, *decies*, *centies*, *millies* nummorum sestertiorum singulorum.

Mina quantum valet?

Mina valebat centum Denarios, id est triginta florenos.

Talentum quantilenat pretii?

Talentum Atticum s. *magnum* constabat sexaginta minis, id est, MDCCC. florenis.

DE

DE NUPTIIS.

Quid Nuptias praecedebat?

Nuptias praecedebant *Sponsalia.*

Quomodo haec contrahebantur?

Qui uxorem erat ducturus, ab eo, in cujus potestate ea erat, eam in matrimonium sibi datum iri stipulabatur, et alter, si conveniret, spondebat.

Quid arrhae loco dabatur?

Contractis sponsaliis arrhae loco Sponsus Sponsae dabat *annulum pronubum*, qui olim erat ferreus, sed postea aureus: et his peractis dies nuptiis eligebatur, qui si adesset, nuptiae etiam habebantur initae.

Unde nomen Nuptiis est?

Nuptiae a *nubendo* nomen habent, quia Sponsa erat *nupta*, sive *tecta* flammeo lutei coloris.

An Nuptiae eodem semper contrahebantur modo?

Non: contrahebantur tribus modis.

Quinam sunt hi modi?

I. *Usus*, quum mulier matrimonii causa per totum et continuum annum cum viro fuisset.

Quinam est alter modus?

II. *Confarreatio:* hic antiquissimus erat modus et nomen habet a *Farre*, cujus frustum utrisque Sponsis dabatur, et fiebat coram Pontifice, sacrificio peracto.

Quinam est tertius modus?

Coëmtio, sive imaginaria emtio, et venditio, quum num-

nummis adhibitis, dicis causa, mulier in viri potestatem transibat.

Quinam erant ritus nuptiarum?

Ritus Nuptiarum, praecipui erant: I. Quod Sponsa ad domum Sponsi ducebatur per Paranymphos, et faces praeferebantur; unde *faces* et *Taedae* saepe pro ipsis *Nuptiis* sumuntur: II. Postes aedium adipe illinebantur, unde *Uxor*, quasi *Unxor*, dici creditur: III. Ingredienti domum sponsae *claves* dabantur, quibus cura rei domesticae notabatur. IV. Sponsus coenam nuptialem dabat, in qua convivae *Talasium* vel *Talassionem* invocabant, ut Graeci Hymenaeum. V. Nuces spargebantur.

Quomodo Sponsa intrabat aedes Sponsi?

Sponsa transsiliebat limen, vel super illud tollebatur, ne pedem offenderet, quod mali erat ominis.

Quid in Thalamo fiebat?

In Thalamum cum Sponsi venerant, carmina dicta *Fescennina* canebantur, et Sponsus zonam Sponsae, qua erat cincta, solvebat.

Quid postridie nuptiarum obtinebat?

Postridie nuptiarum celebrabantur *Repotia*, sive epulae apud novum maritum instaurabantur, et novae nuptae munera a cognatis et affinibus mittebantur.

Quaenam erant Apophoreta?

Apophoreta dicebantur munuscula, quae abeuntibus amicis dabantur auferenda.

DE DIVORTIO ET REPUDIO.

Quid est Divortium?

Divortium erat contracti matrimonii dissolutio.

Digitized by Google

Quid est Repudium?

Repudium et Divortium in eo proprie differunt, quod *repudium* ante, sed *divortium* post contractas nuptias locum haberet; sed plerumque inter se haec vocabula confunduntur.

Divortium an prima Romanorum aetate fuit usitatum?

Per quinque priora saecula, divortium Romae erat incognitum.

Cui licebat facere divortium?

Cuique licebat matrimonium dissolvere, et conjugem dimittere, sed vir dotem reddere debebat: hinc dicere solebant uxori dimittendae: *Res tuas Tibi habeto*, vel *collige sarcinulas: exi, vade foras.*

Quae formula in Repudio obtinebat?

In repudio, quia Sponsalia dissolvebantur, formula erat *conditione tua non utor.*

DE ADOPTIONE.

Quotuplex est Adoptio?

Duplex, Adoptio in specie sic dicta, et Arrogatio.

Quid est Adoptio in specie sic dicta?

Ea erat, cum Filiusfamilias, permissu patris, adsciscebatur ab alio pro suo filio, et in ejus familiam transibat.

Quid est Arrogatio?

Haec erat, si quis, qui sui juris, et pubes erat, alii se adsciscendum praebebat.

Quomodo fiebat Adoptio?

Adoptio fiebat apud quemlibet magistratum, apud quem

Digitized by Google

quem erat legis actio, si pater naturalis filium imaginaria emtione et venditione patri adoptivo manciparet.

Quomodo Arrogatio?

Arrogatio fiebat coram populo, qui rogabatur utrum vellet, ut v. c. Titius Cajo filius esset eo jure, quam si ex eo esset natus.

Quid requirebatur in Adoptione?

Quia Adoptio imitatur naturam, requiritur, ut adoptans adoptivum XVIII. annis praecedat.

DE FUNERIBUS.

Quinam ritus in funeribus praecipue observabantur?

I. Morientium oculos claudebant, et ultimum spiritum excipiebant: II. Corpus abluebatur, ungebatur, atque in propatulo imponebatur lecto, ita ut facies et pedea januam spectarent: III. Ori injiciebant obolum, Charonti solvendum pro naulo.

Quidnam indicii erat ante fores?

Ante fores affigebatur Cypressus.

Quando efferebatur cadaver?

Octavo die cadaver efferebatur extra urbem, et rogo inponebatur.

Quis rogum incendebat?

Proximus consanguinitate rogum averso vultu incendebat.

Quaenam praecedebant funus?

Funus praecedebant *Praeficae*, quae, mercede conductae, *Naenias* canebant, id est, carmina lugubria.

An etiam honorum insignia praeferebantur?

Majorum imagines, ex cera factae, et honorum insignia praeferebantur.

Quid fiebat cadavere combusto?

Cadavere combusto ossa legebant, et in Urnam condebant, idque dicebatur *Ossilegium*.

Quid post haec?

Omnibus peractis clamabant *Ilicet*, id est, ire licet.

Quid fiebat, quum domum erant reversi?

Domum reversis epulae dabantur; habebatur etiam, saltem in funere Nobilium, Laudatio funebris in Foro pro Rostris, a filio, vel propinquo aliquo.

Unde hic mos originem duxit?

A Valerio Publicola, qui, in funere Bruti Consulis, hunc morem induxit.

Num quid praeterea?

Praeterea in Nobilium saepe funeribus ludi habebantur, dicti *Funebres*, in quibus plerumque gladiatores pugnabant; credebant enim veteres, animas defunctorum humano sanguine posse placari.

PARS

Digitized by Google

PARS QUINTA,

DE RE MILITARI.

DE MILITIBUS.

Unde Romani sumebant Milites?

Omnes Cives Romani debebant militare a XVII. aetatis anno ad XLVI. Pedites debebant facere stipendia viginti, Equites decem.

Quis eos eligebat?

Delectus habebatur a Consule, et probati in catalogo scribebantur; unde *scribere* et *conscribere exercitum* dicitur; nec poterat quisquam detrectare militiam.

Quomodo habebatur delectus?

Designatis anni sui Consulibus, creabantur XXIV. Tribuni militum in quatuor legiones, nam ex iis, cum sociis et auxiliis, vulgo duo exercitus Consulares constabant. Tribuni tum in IV. partes se dividebant; et, evocatis tribubus, ex iis IV. juvenes, aetate fere pares, eligebant, et cuique legioni unum ex illis tribuebant, in eoque opere pergebant, donec numerum legionum implessent.

Utrum ex omnibus civium classibus legebantur?

Primis temporibus ex infima classe nulli milites legebantur, nisi summa necessitate urgente, sed

Digitized by Google

tenuiores, et libertini ad militiam navalem servabantur.

Quomodo Socii conscribebantur?

A Romanis Ducibus in civitatibus Italicis conscripti leguntur, iisque Consules locum et diem, in quem convenire debebant, edicebant.

Utrum a Sociis differunt Auxiliares *et* Evocati?

Differunt. *Auxiliares* erant ex gentibus externis. *Evocati* erant milites veterani, qui in gratiam Ducum sponte militiae nomen dabant.

Quomodo exercitum dividebant?

In Legiones, Cohortes, Manipulos, Centurias, et Turmas.

Quid est Legio?

Legio est maxima pars exercitus, et sub Romulo constitit MMM. Peditibus, et CCC. Equitibus: sed postea numerus auctus est, ita ut libera Republica legio vulgo ex MMMMCC. Peditibus componeretur, postea etiam ex pluribus (1).

Quinam erant in Legione?

In legione soli erant Romani Cives.

Quid est Cohors?

Cohors erat decima pars legionis, constabat ex decima parte Hastatorum, Principum, Triariorum, et Velitum, adeoque in ea erant tot centum, quot millia erant in legione.

Sed quid est Cohors Prætoria?

Cohors Prætoria est Imperatoris custodia, apud nos, *de Gardes*, *of lifwacht*: in qua erant juvenes nobiles, qui ad honores adspirabant.

Quid

(1) Plerumque sex millibus peditum cum trecentis equitibus.

Quid est Manipulus?

Manipulus continebat duas Centurias, sive CXX. Hastatorum et Principum, Triariorum vero LX. Praeter X. Velitum manipulos, itaque triginta manipuli fuerunt in legione.

Quot erant Centuriae *in legione*?

Centuriae in legione erant sexaginta, praeter velites; haec vox proprie notat centum milites, quamvis saepe pro certa hominum collectione sumatur.

Quid est Turma?

Turma de Equitibus dicitur, continet triginta Equites, et dividitur in tres Decurias, quae singulae constabant decem Equitibus; erant ergo in legione decem Turmae, quae *Alam* constituunt.

Quomodo Pedites distinguuntur?

I. In *Velites*, id est, milites levis armaturae: II. in *Hastatos*, qui hasta in prima acie pugnabant. III. In *Principes*, qui in medio stabant.

Quinam dicuntur Triarii?

IV. *Triarii* stabant in ordine tertio, et non surgebant, nisi laborantibus prioribus: hinc dicitur: *Res ad Triarios rediit*, id est, res in summo periculo versatur.

Quo alio nomine dicuntur?

Dicuntur etiam *Pilani*, quia Pilis utebantur, et reliqui *Antepilani*.

Quibus armis utebantur Velites?

Velites armati erant Gladio Hispanico, qui, omnibus militibus communis, tam ad caedendum quam pungendum erat aptus; Deinde septem hastas velitares habebant; Porro muniti erant Parma, et denique Galea.

Digitized by Google

Quomodo armati erant Hastati, et reliqui Pedites?

Hi armati erant Hasta, Scuto, Pilis, Galea et Lorica. Ocreas praeterea habuerunt aliquando in alterutro, aliquando in utroque crure, vulgo tamen Caligas gerebant. Principes praecipue Gladio rem agebant; postea tamen etiam Hastis uti coeperunt.

Quomodo Equites erant armati?

Olim Equites Hastas graciles, et Scuta e solo corio ferebant, sed postea Gladio longiore, Conto sive Hasta grandi, Galea, et Lorica usi sunt.

Quomodo Socii erant divisi?

Socii dividebantur in duo *Cornua*, vel potius *Alas*, ad ambas exercitus extremitates dispositas, atque inde nomen habent, quia tanquam alae avem, ita Socii utrimque Romanos tegebant.

Utrum Socii etiam in manipulos fuerunt distincti?

Licet hoc incertum sit, convenientia ordinis id tamen suadere videtur.

Missio *quid est, et quotuplex?*

Missio est, cum militibus pugnandi venia dabatur, eratque, I. *Honesta* missio, post emerita stipendia: II. *Causaria*, morbi vel vulneris gratia: III. *Ignominiosa*, quum ob delictum, cum ignominia dimittebantur.

Quid post Augustum obtinuit?

Post Augustum invaluit *Exauctoratio*, qua milites, qui senadena stipendia fecissent, retinebantur sub vexillis, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.

DE

Digitized by Google

DE DUCIBUS.

Quomodo distinguuntur Duces?

Duces distinguuntur in *Proprios*, qui parti exercitus praeërant, et *Communes*, qui universo.

Quinam erant Proprii?

Centuriones, qui duos *Uragos*, sive *Optiones*, qui etiam *Succenturiones* dicuntur, et duos *Signiferos* sibi legebant; et *Tribuni militum*.

A quibus eligebantur Centuriones?

A Tribunis, jussu Consulum, LX. in legione legebantur, eorumque insigne fuit baculum e vite.

Quis fuit Primipilus?

Ita dicitur primus Centurio Triariorum, qui quasi caput erat omnium Centurionum.

Quinam erant Tribuni?

Tribuni praeërant toti legioni, et sub Romulo tantum tres creati sunt, sed auctis legionibus, eorum numerus etiam crevit.

Quale fuit eorum munus?

Tribuni jus dicebant, munitiones, exercitia, vigilias curabant etc. eorum insigne erat *Pugio*, sive Parazonium.

Quomodo imperabant legioni?

Bini imperabant per duos menses, alternis, ut videtur, diebus.

Utrum etiam Equitibus praeërant?

Cuique Turmae equestri tres praeërant.

Quomodo Socii regebantur?

A suis Praefectis, qui a Consulibus constituebantur.

Digitized by Google

Quinam erant duces Communes?

Imperator, qualis erat Consul, vel etiam Praetor, et *Legati*.

Quale fuit Imperatoris insigne?

Paludamentum, sive *Chlamys coccinea*, quam in urbe inter vota et sacrificia sumebant.

Quinam fuerunt Legati?

Legati tenebant secundum locum post summum Imperatorem, cujus quasi vicarii erant, unde aliquando *Subconsules* dicti sunt.

DE ARMIS.

Quid est Galea?

Galea est tegumentum capitis ex corio, uti Cassis ex aere; super hanc Galeam eminebat conus cui imponebatur crista.

An Scutum *et* Clypeus *differunt?*

Scutum et *Clypeus*, licet proprie differant, tamen inter se permutantur: hoc gerebant sinistro brachio; habebat autem duas ansas, quibus ad brachium adnectebatur, in medio erat umbo ferreus.

Unde fiebant Clypei?

Clypei erant plerumque ex cratibus ligneis, sive vimineis, et obducebantur corio bovino.

Lorica *quo erat utilis?*

Lorica tegebat pectus: olim erat ex corio, deinde ex aere vel ferro.

Quid est Hasta?

Hasta ab utraque parte erat acuta: erant vero, vel *leves*, quales habebant septem, iisque utebantur

tur Velites; vel *graves*, ad quas emittendas viribus erat opus.

Quid est Pilum?

Pilum erat admodum grave, circa quinque pedes longum.

Quid Telum *proprie significat*?

Telum dicitur in genere omne instrumentum, quo aliquem petimus, unde pro *gladio* saepe ponitur: proprie vero *Tela* dicuntur, quae mittuntur vel manu, vel machinis, a gr. τῆλε *procul*.

An differunt Tela *a* Sagittis?

Differunt: nam *Sagittae* proprie sunt, quae arcu emittuntur.

Unde fiebat, et qualis erat Arcus?

Arcus fiebat e cornibus, et habebat formam litterae C.

Quid est Pharetra?

Pharetra erat theca, qua sagittas servabant.

Quem usum praestabant Fundae?

Fundae erant, quibus ejiciebantur lapides; et *Funditores* dicuntur, qui *Fundis* utuntur.

Quibus vero machinis utebantur ad oppugnanda oppida?

Machinae Poliorceticae, sive quae pertinebant ad oppugnationem, vel defensionem urbium, erant praecipue *Testudo*; ea formabatur a militibus, cum scutis supra caput elatis et junctis, muro succedebant; sed sic etiam vocabatur Machina lignea, tegens milites, qui murum subruebant (1).

An

(1) Hae machinae optime cognoscuntur e Lipsii egregio opere *Poliorcetica* inscripto, et tabulis aeneis ornato, quarum, cum in hoc loco, tum in universa Antiquitatis disciplina, magnus est usus, et tironibus jucundissimus.

Digitized by Google

An et aliae erant?

Erant etiam *Turres ligneae*, rotis impositae, quae moveri poterant urbem versus; ex his tela et lapides jaciebant. Praeterea *Crates*, *Vineae*, *Plutei*, machinae erant, quae, paullatim urbi obsessae admotae, milites ad eam accedentes tegebant.

Aries *vero quid est?*

Aries erat firmissima trabs, ferro prominente, in formam capitis *Arietis*; hoc *Ariete* muros quatiebant.

Quid est Ballista?

Ballista erat Instrumentum, quo lapides et ingenta saxa jaculabantur.

Catapultae *quis erat usus?*

Catapulta erat, qua per funes tortos emittebant jacula grandiora.

Quinam sunt Libratores?

Libratores sunt dicti, qui hastas, aut lapides, tormentis excutiebant.

DE FORMA ACIEI.

Quaenam erat ordinaria Peditum acies?

Primo loco Velites stabant, vel ante aciem, vel ad utrumque cornu, vel in intervallis manipulorum. Deinde Hastati, post hos Principes, et denique Triarii.

Utrum conferto agmine stabant?

Non, viae erant inter genera militum, Hastatos scilicet, Principes, et Triarios, et hae dicuntur *transversae*; aliae vero erant *directae*, quae manipulos dividebant.

Ubi

Digitized by Google

Ubi equites ponebantur?

Equites a tergo stabant, unde per vias directas statim poterant emitti, sed plerumque in cornibus collocabantur.

Ubi vero Pedites Sociorum?

Pedites Sociorum ad latera legionum plerumque erant dispositi.

Quis locus erat Imperatoris?

Imperator fere inter Triarios et Principes intervallo majore degebat, comitantibus eum quibusdam Legatis, et Tribunis.

Utrumne etiam aliae aciei formae?

Pro re et tempore diversa erat aciei forma, ut *Cuneus*, cui opponitur *Forceps*, tum *Latereculum*, *Turris*, *Serra* etc.

Utrum militi licebat ordinem deserere?

Qui vel uno passu ordinem deseruerat, gravi poena, et plerumque morte multabatur; in agmine vero, qui longius, quam ut tubae sonitum audire posset, excesserat, pro desertore habebatur.

DE SIGNIS.

Quodnam erat legionis Signum?

Signum totius legionis erat *Aquila aurea*, vel *argentea*, quae expansis alis in pertica ferebatur.

An differt Signum a Vexillo?

Vexilla non erant Signa Romanorum, sed evocatorum Sociorum.

Utrumne Equites etiam vexilla habuerunt?

Habuerunt vexilla, sive flamulas, nostrorum equitum

Digitized by Google

tum fere similes, quibus nomen Imperatoris aureis literis erat intextum.

Quale fuit manipuli signum?

Olim *manipulus foeni;* postea usi sunt ligneolo transverso hastae adfixo, supra quod *manus* figura eminebat.

Quid si signa amiserant?

Signa haec omnia sacra erant, et Deorum fere loco colebantur, quare milites, qui ea amisissent, mortis poenam non raro subire debuerunt. Hinc quoque est, quod urgente periculo signa in hostilem aciem conjecta legimus.

DE CLASSICO.

Quomodo classicum canebant?

Hoc fiebat vel *tubis*, quae erant directae, vel *lituis*, qui erant leviter inflexi, vel denique *cornibus* plane incurvis, quibus similes erant, sed minores, *Buccinae.*

Qua materia erant?

Ex aere, unde *Aeneatores* dicebantur, qui ea inflabant.

Quid Barritus?

Barritus posteriori aevo dictus fuit clamor ille inconditus, quem Romani, cum ad hostes venissent, tollebant, ut eos terrerent.

Quale erat pugnae signum?

Pugnae signum erat Tunica rubra in Praetorio extensa.

DE

DE CASTRIS.

Cujus formae erant castra Romanorum?

Castra Romanorum fere semper erant quadrata.

Quotuplices sunt?

Aestiva et Hiberna; aestiva iterum dicuntur *mansiones*, si in unam tantum noctem, vel *stativa* scilicet *castra*, si in plures noctes ponebantur.

Quomodo struebantur Hiberna?

In formam fere urbium, unde Romanorum castra pluribus urbibus hodie extantibus originem dedere.

Quae sunt Procestria?

Procestria sunt, ubi Lixae, Calones, similisque sortis homines manebant.

Utrum Castra vallo erant munita?

Castris vallum erat circumjectum, quod undique CC. pedes a tentoriis distabat, et *vallis*, id est, sudibus superne acutis, erat munitum.

Quot portas habebant Castra?

Quatuor, quarum prima *Praetoria*, eique opposita *Decumana* dicebatur; a lateribus duae *Principales* dictae sunt.

Quot viae erant in Castris?

Tres transversae, quinque directae.

Quomodo media adpellabatur?

Media appellabatur *Principia*: et erat sacratissimus castrorum locus, ubi omnia fere peragebantur, quae in castris peragenda erant.

DE

Digitized by Google

DE DISCIPLINA MILITARI.

Quot partibus constat Disciplina militaris?

Muniis, Exercitiis, et Legibus.

Quae ad munia referuntur?

Ministeria, Excubiae, et Vigiliae.

Quaenam erant ministeria in castris?

Positis castris a Tribunis eligebantur, qui Principia curarent, ut munda essent, et praeterea, qui aquando, lignando, et pabulando essent intenti.

Quomodo excubabant?

Quaterni viri apud Tribunum, Quaestorem et Legatos, excubias habebant; apud Imperatorem quotidie unus manipulus, et turma Equitum excubabat; ad singulas portas una cohors et turma Equitum plerumque stationem habebat.

Quae in vigiliis consideranda?

In vigiliis consideranda Tessera, ipsae Vigiliae, et Circuitio.

Quis erat Tesserarius?

Tesserarius erat, qui ex decimo quoque signo electus, sole inclinante a Tribuno excubitore *tesseram*, sive tabellam ligneam, accipiebat, cui jussu Imperatoris unum, vel plura verba erant inscripta, iisque etiam mandata quaedam per exercitum fuerunt distributa.

Quid tum Tesserarius?

Tesserarius, accepta tessera, ad suum signum regressus, eam próximi signi Duci, praesentibus testibus dabat; ille rursus sequenti, etc. ita ut ante solis occasum ad Tribunum omnes essent re-

la-

Digitized by Google

latae, qui ita statim poterat cognoscere, cujus partis tessera deëesset.

Ex quot militibus constabant Vigiliae?

Vigiliae, ut excubiae, ex IV. militibus constabant, earumque numerus apud Imperatorem et Tribunos idem erat, qui excubiarum.

Quinam exteriorem castrorum ambitum tuebantur?

Velites, quorum etiam decuriae in singulis portis erant.

Quinam sunt Procubitores?

Procubitores dicuntur Velites, qui, si hostis in propinquo castra haberet, ante castra noctu excubabant.

Utrum omnes vigilabant?

Non, sed nox in quatuor vigilias dividebatur, et ex quavis vigilia unus, divisis vicibus, vigil perstabat.

Quomodo dignoscebatur, quota quis vigilia munus fecisset?

Per tesserulam, quam a Tribuno accipiebant, cui id erat inscriptum: v. c. H. I. V. I. id est *Hastatus manipuli primi vigilia prima.*

Quinam Circuitionem *agebant?*

Quatuor plerumque Equites ex quaque legione, qui *Circuitores* dicuntur.

Quale horum munus?

Hi quatuor vigilias inter se sortiebantur, et suo tempore quisque vigiliam, quam sortitus erat, obibat, et a vigilantibus tesserulam capiebat, dormientem vero, aut desertorem, si invenisset, proximos attestatus abibat.

Digitized by Google

Quid porro?

Prima luce quisque circuitor tesserulas ad Tribunum deferebat, et siqua tesserula deëesset, nocens quaerebatur, et inventus morte plectebatur.

Quaenam est secunda pars Disciplinae militaris?

Exercitia, unde ipse *Exercitus* dictus est.

Qua in re constabat?

Exercitia erant vel oneris, vel operis, vel armorum.

Quae erant onera militum?

Milites Romani I. *Cibum* ferebant plerumque dimidiati mensis, qui olim ex frumento, deinde ex pane bis cocto sive *bucellato* constabat. II. *Utensilia*, qualia erant Serra, Corbis, Rutrum, Securis, Olla ad cibum coquendum etc. III. *Vallos* plerumque tres aut quatuor. IV. *Arma*, quae non onus, sed membra esse censebant.

Utrumne vehiculis utebantur, vel jumentis, ad haec omnia portanda?

Digniores aliquando habebant *Calones*, sive servos militares, nonnunquam etiam jumenta sibi peculiaria; reliqui vero ipsi haec secum ferebant, et tamen saepe quinque horis viginti millia passuum iter confecisse leguntur. Tentoria vero et molas jumentis imponebant: vehiculis raro utebantur.

Quomodo iter faciebant Romani milites?

Incedebant compositi in agmen, quod ad classicum instituebatur, et primo signo cuncti tabernacula detendebant; ad secundum signum sarcinas jumentis imponebant; ad tertium denique procedere incipiebant.

Quae

Digitized by Google

Quae locutiones hinc explicandae?

Vasa conclamari dicebantur, si primum signum daretur, sed, si tabernacula detendebant, id dicebatur *vasa colligere.*

Quo ordine procedebant?

Agminis forma eadem erat, quae castrorum: unde castra *considens agmen*, Agmen vero *ambulans acies* dici solet. Et hoc agmen dicitur *quadratum.*

Quid est agmen Pilatum?

Pilatum agmen est, si ob periculum imminens instructa acie procedebant.

Si pervenissent in locum castris destinatum, quomodo tum castra ponebant?

Si prope hunc locum venissent, praemittebantur Tribuni et Centuriones cum metatoribus, qui locum aptum castris eligerent, eumque *metarentur*, id est, suis finibus et metis locum secarent.

Quaenam erant Exercitia operis?

Exercitia operis in urbium obsidionibus, vallis struendis, fossis ducendis, aliisque constabant, ad quae peragenda, licet fabri in legionibus fuerint, quibus praeërat *Praefectus fabrorum*, milites tamen ipsi longo usu hoc opus erant docti.

Quae praecipua genera fuerunt exercitii armorum?

I. *Ambulatio*, in qua maxime celeritas et aequalitas spectabatur. II. *Decursio*, cum ordine servato quatuor millia passuum in armis et sub signis decurrebant. III. *Saltus*, quo fossas transsilire discebant. IV. *Natatio*, quae in mari, vel flumine, castris vicino exercebatur. V. *Palaria*, quando tirones *palum*, tanquam hostem, variis ictibus petebant. VI. *Armatura*, quae erat sagitta-

Digitized by Google

tarum, aliorumque jaculorum missio. VII. *Saltio*, quando Equites gladiis strictis in equum ligneum insiliebant. Haec exercitia castris, praecipue hibernis, instituebantur, dirigente ea Centurione.

Qua in re consistit tertia pars Disciplinae militaris?

In legibus, quales variae erant; sic severissima fuit contra furta statuta poena fustuarii in eum, qui vel unius nummi argentei pretium abstulisset: In hostico non praedari licebat: Extra castra milites litigare non cogebantur; A militibus judicabantur, etc.

DE STIPENDIIS.

Utrum semper stipendia habuerunt?

Non, ad A. U. CCCXLVII. quisque suo sumtu militabat, sed deinde ad Julium Caesarem habebant denos denarios menstruos, quod postea maxime auctum.

Utrum aequale omnibus stipendium dabatur?

Non: Centuriones duplum, Equites triplum accipiebant, et propter virtutem quibusdam etiam majus solito stipendium dabatur, qui inde *Duplicarii* dicuntur.

Utrum etiam frumentum iis dabatur?

Dabantur quatuor modii Romani in mensem, sed Centurionibus iterum duplum, Equitibus triplum, quia hi servos quosdam habebant.

Utrum Sociis tantundem datum fuit?

Omnino Peditibus, sed Equitibus tantum VIII. modii; Sociis illud gratis praestabatur, quia gratis

Digitized by Google

tis militabant; Romanis vero pro frumento et armis exigua pecunia detrahebatur.

DE PRAEMIIS.

Quaenam habebant rei bene gestae Praemia?

Inter honores, qui Duci decernebantur, fuit *Imperatoris* appellatio, et *Supplicatio*, sive publica gratiarum Diis actio a senatu decreta; sed omnium honorum maximus erat *Triumphus*, qui concedebatur Imperatori.

Quando concedebatur?

I. Si suis auspiciis bellum gessisset, nam minori Duci, vel Legato, non dabatur. II. Si externos hostes justo bello vicisset: III. Si quinque millia hostium occidisset: IV. Si fines imperii propagasset.

Quomodo triumphabat?

Veste Triumphali indutus, laurea corona ornatus, et curru quatuor equis tracto, per urbem vehebatur in Capitolium, praecedentibus Regibus captivis, quibus manus post terga ligatae erant, et sequente toto exercitu, cum cognatis et affinibus Imperatoris.

Quid in Capitolio fiebat??

In Capitolium cum pervenisset Imperator, bobus albis sacra faciebat, et lauream in gremio Jovis deponebat.

Utrum etiam epulum *celebrabatur?*

Certo, et ad id Consules invitati deinde rogabantur, ut venire supersederent; ne eo die, quo Dux triumphasset, quis majoris esset in eodem convivio imperii.

Digitized by Google

Quid est Ovatio?

Ovatio (1) erat minor Triumpho, cum equo insideret Dux, vel pedibus incedebat, myrto coronatus.

An etiam alia erant?

Inter Praemia etiam censendae sunt *Coronae*, quae erant variae, et parvi pretii, sed magni honoris.

Quaenam erat Obsidionalis?

Obsidionalis dabatur illi, qui Cives obsidione liberarat; haec omnium erat dignissima, et plectebatur e gramine, decerpto ex loco, intra quem obsessi fuerant.

Qualis erat Corona Civica?

Civica Corona, e Quercu facta, dabatur, siquis Civem servarat, hostique occiso eripuerat.

Cui obtingebat Muralis?

Muralis dabatur ei, qui primus hostium muros conscenderat.

Cui dabatur Castrensis *sive* Vallaris?

Haec dabatur illi, qui primus Castra, vel vallum hostile, conscenderat.

Quaenam erat corona Classica *sive* Rostrata?

Classica dabatur ei, qui hostem insigni aliqua victoria mari vicisset.

Quae tandem dicitur Navalis?

Navalis dabatur illi, qui primus navem hostilem insiluisset.

Utrum praeterea aliae fuerunt coronae?

Aureae porro coronae fuerunt, nulla appellatione *Non-*

(1) Dux ovans Diis sacrificabat *ovem* unde vox *ovatio* orta videtur.

Digitized by Google

distinctae, quae virtutis quorundam militum caussa dabantur.

Nonne et alia erant praemia minoris pretii?

Minora praemia erant I. *Hasta pura*, id est sine cuspide ferri. II. *Armilla*, quae dabatur Pediti, qui hostem dejecisset et spoliasset; Equiti vero ob idem factum dabatur *Torques*, vel *Phalerae*, quod ornamentum equorum videtur fuisse. III. *Vexillis*, sive puris, sive pluribus coloribus distinctis, donabantur.

DE POENIS.

Cui competebat poenarum irrogatio?

Tribunis, Praefectis cum consilio suo, vel etiam Imperatori, a quo nulla erat provocatio.

Quomodo puniebantur?

Castigatione vel ignominia.

Qua in re constabat castigatio?

Haec constabat in multae dictione, pignoris capione, vel verberatione.

Quotuplex est verberatio?

Verberatio erat vel *ad mortem*, et dicebatur *Fustuarium*, cum fustibus, vel lapidibus, a commilitonibus occidebantur: vel *non ad mortem*, quando vite a Centurione, vel virgis a sociis, caederentur, et haec erat *Flagellatio*.

Quid si plures deliquissent?

Tum obtinebat *Decimatio*, *Vicesimatio*, aut *Centesimatio*, pro gravitate delicti; id est, omnes, qui peccaverant, sortem ducebant, quinam decem, viginti, vel centum, ex iis virgis caederentur, aut securi percuterentur.

Digitized by Google

Quaenam erant ignominiae poenae?

I. Cum hordeum pro tritico alicui dabatur. II. Cum quis stipendio vel ejus parte privabatur. III. Cum discincti, id est sine balteo et gladio, in prima acie prostituebantur. IV. Missio ignominiosa. *Vid supra p.* 120.

F I N I S.

IN-

Digitized by Google

INDEX.

A.

A. A. A. F. F. quid denotant, 100
A. *absolvo*, 72
A. *antiquo*, 71
Accensi, 87 et 103
Accipio omen, 21
Acies, 124
—— Ambulans, 131
Accumbendi ratio, 110
Addico vide *Do*,
Adfectionum animae cultus divinus, 13
Adoptio in specie, 114
Adorare et adoratio, 14
Adytum, 8
Aedes Romanorum, 11
Aediles, 91
—— Cereales, ibid
—— Curules, ibid
—— Plebei, ibid
—— Plebis, 97
Aedilium insignia munus et potestas, 91, 92
Aeditui, et munus eorum, 33
Aeneas, 12
Aeneatores, 126
Aerarii, 55
Aerarios (inter) referre, 90
Agmen, 131
—— considens, et quadratum, ibid
Agni arvales, 26
Agonalia, 37
Agnomen, 56
Ala, 120
Alba deleta, *causa magnitudinis Romae*, 4
Albata, aurigarum factio, 40
Album, 89
Alta semita, 4
Ambarvales hostiae, 18
Ambarvalia, 18 et 26
Ambulatio, 131
Amphitheatra, quomodo condita et quot, 7 et 44
Ampliare causam, 105
Amtruare, 31
Ἀναρχία, 93
Ancilia, 30
—— *movere*, 31
Anciliorum usus, ibid
Animum bonum, malumve, quomodo significabant, 47

Digitized by Google

Anni divisio a Numa, 34
Annulus pronubus, 112
Annus Romuli, 33
Annus Gregorii, 35
Anubis, 13
Anquisitio, 106
Antepilani, 119
Apollo, 11
Apophoreta, 113
Appia via, 6
Aquaeductus, 4
Aquila aurea et argentea, 125
Arae e quo ligno erant, 16
Arbiter Coenae, 110
Arcus, 123
Area circi, 39
—— Templi, 8
Arenam (in) descendere, 44
Aries, 124
Arma, 122, 130
—— Equitum, 120
—— Hastatorum, ibid
—— Velitum, ibid
Armatura, 131
Armilla, 135
Arrhae loco, quid sponsus sponsae dabat, 112
Arrogatio, 114
As, 110
Assamenta, s: Axamenta, 31
Asylum *causa magnitudinis Romae*, 4
Athenaeum, 10
Athletae, 42
Atria, 8
Auctor legis, 74
Augur et Augur maximus, 20
Augurum insignia, 22
Augusti forum, 6
Aulaea, 46
Aulaeorum usus apud veteres, ibid
Aureum Templum, 8
Aurigae curruum circensium, 40
Aurigarum distinctio et praemium, ibid
Aventinus collis, 4
Aves augurales, 21
—— felices et infelices, ibid.
Auxiliares, 118

B.

Bacchus, 12
Balista, 124
Balnea et eorum nomina, 7
Barritus, 126
Batuere, 44
Βεβηλοι, 16
Bellum indicere et indicendi Ritus, 27
Bestiarii, 43
Bibliothecae, 8
Bidental, 21
Bissextilis annus, 35
Boarium, 6
Buccinae, 126

C.

C.

C. i. e. *condemno*, 72
Caduceatores, 27
Caduceus, ibid
Caeritum (in) tabulas referre, 55, 90
Caestus, 41
Calones, 130
Camillae et Camilli, 32
Campi, 5
——— Martius, ibid
——— Sceleratus, 25
Candidati, 79
Capiebantur virgines vestales, 24
Capite censi, 55
Capitis diminutio, 60
Carceres, 39
Carceribus (a) ad Metam, ibid
Carnifex, 104
Castigatio, 135
Castor, 12
Castra, 5 et 127
——— aestiva et Hiberna, 127
Catapulta, 124
Catomidiare, 13
Celeres equites, 67
Censere bona civium, 90
Censores et census, 89
Censorum munus, ibid
——— insignia, 90
Centesimatio, 135
Centumviri, 100
Centuriae, 53 et 119
——— Equitum, 53
——— Fabrum, ibid
Centuriae Juniorum, 53
——— Praerogativae et jure vocatae, 78
——— quot in Legione, 119
——— seniorum, 53
——— Tibicinum et accensorum, 54
Cereales Aediles, 91
Cerimoniae Regis sacrorum, 28
Ceres, 11
Certamina Gymnica, 41
Chlamys, 109
Cibus, onus militum, 130
Circi, 5 et 39
Circuitio et Circuitores, 129
Circuitorum munus, ibid
Circus flamineus et maximus, 4
——— quomodo institutus, 39
Cives jure optimo et Quiritium, 61
——— *tribu movere*, 90
Civitatem mutare et transferre, 63
Civium divisio ratione militiae et sacrorum, 50
Clarigatio, 27
Classes civium, 53
Classici, ibid
Classicum, 126
Cliens, 57

Cly

Clypeus, 122
Coelimontium, 4
Coemtio, 112
Coena saliaris, 31
Coeritum (in) tabulas referre, 55, 90
Cognomen, 56
Cohors, 120
Collatina via, 5
Collegii magister, 24
Collige sarcinulas, exi, vade foras, 114
Collium VII. Romae nomina, 3
Coloniae et Coloniarii, 62
——— Latini nominis, 63
Columnae, 9
——— Trajani et Rostratae, 10
Comitia, 70, 73
——— Centuriata vel majora, 76
——— Centuriata vel majora quare habebantur, 77
——— Consularia, 78
——— Curiata, et quare habebantur, 75
——— Kalata, 73
——— Tributa, 79
Comitiorum tributorum causa, 80
Comoedia media, 46
——— Nova, 47
——— Palliata, ibid
Comoedia Tabernaria, ibid
——— Togata, ibid
——— Trabeata, ibid
——— (in) veteri quid flebat, 46
Comperendinatio, 104
Concilium et Concio, 71
Condere arma, 31
Condere urbem, 1
Conditione tua non utor, 114
Conditiones servorum, 58
Confarreatio, 112
Conscripti, 66
Consentes Dii, 11
Consules, 86
Consulum aetas et insignia, 86
——— Jus in Provinciis et munus, 101
Conventum agere, 102
Convivia, 109
Cooptare, 19
Cornua, 120
Corona, 134
——— Castrensis, ibid
——— Civica, ibid
——— Classica, ibid
——— Muralis, ibid
——— Navalis, ibid
——— Obsidionalis, ibid
——— Rostrata, ibid
——— sine nomine, ibid
——— vallaris, ibid

Co-

Cothurnata verba, 48
Cothurnus, ibid
Crates, 124
Cunei, 45
Cuneus aciei forma, 119
Curia, 52
Curiatim, 75
Curio et Curio maximus, 27 et 52
Currus ludi circensis, 40
Cursus Gymnicus, ejus ars, praemium et signum, ibid
Curules, 85
Custodes, 71
Cypressus, 115

D.

Decedere provincia, 102
Decemviri, 23
——— consulari potestate, 95
——— Litibus judicandis, 100
Decemvirorum collegium, quando institutum, 23
Decimatio, 135
Decursio, 131
Dedititii, 60
Delectus, 117
Delubrum, 43
Denarius, 110
Desertor, 125, 129
Designati, 86
Diana, 11
Dico vide *Do*.
Dictator, quam ob causam dicebatur, ejusque Potestas et insignia, 92
Diei ortus et occasus, 37
Dies, 36
—— Alliensis, 38
—— Atri, 38
—— Comitiales, ibid
—— Fasti et Nefasti, ibid
—— Festi, 36
—— Intercisi, 38
—— Profesti, ibid
Digitum tollere, 42
Dii agrestes, 12
— aquarum, ibid
— fluminum, ibid
— Gentium majorum, 11
——— minorum, 12
— Marini, ibid
— Sylvarum, ibid
Diribitores, 72
Discedere in alia omnia, 83
Discessio, 83
Disciplina militaris, ejusque partes, 123
Discus, 42
Divide, 82
Divisio civium in Classes,

Digitized by Google

ses, a Servio Tul- 51, 53
——— in Tribus et curias, a Romulo, 50.
——— ratione Natalium, Juris, Patriae ordinis et dignitatis, 55.
Divisores, 79
Divortium, 113
Do, *Dico*, *Addico*, 89
Ducere victimam ad aram, 22
Duces Proprii et communes, 121
Dupliarii, 132
Duumviri, 23
——— Libris Sybillinis inspiciundis, vel sacris faciundis, eorumque officium, 24

E.

Edictum perpetuum, 89
Effugia hostia, 22
Epulum triumphale, 133
——— funebre, 116
Equestris statua, 9
Equites, 119
——— ordinis equestris, 67
Equitum aetas, genus, census, dignitas, munus et insignia, ibid
——— locus in acie, 125.
Equum publicum Equiti adimere, 90
——— *Traducere*, 69
Esquilina Regio, 4
Evocati, 118
Euripus, 39
Exauctoratio, 120
Excubiae, 128
Excubiarum ratio, ibid
Exercitia, 131
——— operis, 131
Exercitum scribere et conscribere, 117
Exercitus consularis, ibid.
Exta consulere, 23
Extemplo, vide Licet.
Extispices, 22

F.

Fabulae praetextatae, 47
Facere pro sacrificare, 15
Faces pro nuptiis, 113
Familia, 56
Fanum, 13
Favete linguis, 16

Fe-

Februare, [illegible]
Februarius mensis a Numa anno adjectus, 34
Feras, unde habebant, 43
Feriae, 37
——— conceptivae, ibid
——— Imperativae, ibid
——— Latinae, ibid
——— Privatae, ibid
——— Publicae, ibid
——— Stativae, ibid
Fescennina, 113
Fetiales, 27
Fetialium genus et honor, 28
——— munus, 27
——— ornamenta, 28
Fidei cultus divinus, 13
Flagellatio, 135
Flaminia, uxor flaminis, ejusque cerimoniae, 29 et 30
Flamines Diales, 29
——— Martiales et Quirinales, 30
——— unde dicti, 29
Flaminia via, 6
Flaminum honor et ritus, 29
Flammeus, 112
Foedera, quomodo fiebant, 27
Foedus icere, *ferire*, *percutere*, pro facere, ibid
Fora, 5
Forceps, aciei forma, [illegible]25
Fortunae cultus divinus, 13
Forum Romanum, 4
——— vetus, 6
Fratres arvales, 26
Fundae, 123
Funditores, ibid
Funera, 115
Fustuarium, 135

G.

Galea, 122
Galli, 32
Genius, 12
Gens, 56
Gladiatores, eorumque munus, 44
——— quinam erant ibid
Gregorii XIII. Papae anni divisio, 35
Gymnasium, 41

H.

H. I. V. I. quid? 129
H. S. quid? 115
Haruga, 22
Haruspices, ibid
Hasta, 122
——— pura, 135

Ha-

Hastati, 119
Hercules, 12
Heroes, ibid
Hiberna castra, 127
Hippona, 13
Histriones, 48
Hoc habet, 45
Homines cum cursoribus comparati, 41
——— Novi, 58
Horae Romanorum, 37
Horas, qui numerabant, ibid
Hostiae, 16
——— ornatus, ibid
Hostiis (quid in) requirebatur, 16

I.

I. I. S. quid notat, 111
Januarius mensis, a Numa anno adjectus, 34
Janus, 12
Iduare, 36
Idus, ibid
Ignis vestae, quando novus in ara ponebatur, 25
Ignominiae poena, 136
Iliceet, 116
Immolatio, 16
Imperator, 122
Imperatoris appellatio, 133
——— insigne, 122
Imperatorum legati, 122
Imperium Provinciae, 102
Incrementa urbis novae a Regibus, 4
Indigetes Dii, 12
Indusium, 108
Ingenui cives, 56
Interkalaris mensis, 34
Interkalatio Pontificum et confusio inde orta, ibid
Interpretes, 79
Interreges, an etiam sub consulibus, 94
Interregnum et interrex, ibid
Interula, 108
Isis, 13
——— moneta, 4
Itinera militum, 130
Judicia, 104
——— Populo relicta, 106
——— Privata, 104
——— Publica ordinaria et extraordinaria, 105
Julii Caesaris anni correctio, 34
Julium forum, 6
Juno, 11
Jupiter, ibid
Jure vocatae, 73
Jurisdictio, 88
——— Civium Jure Quiritium et optimo, 64
Jus domini in servum, 58

Jus

Digitized by Google

Jus Honorarium, 89
— Nominis Latini, 63
— Patronatus, 57
— Postliminii, 60
— Sociorum Latinorum, 63

K.

Kalata vide Comitia.
Kalare, 36
Kalendae et Kalendarium, — ibid
Καινομαρτυρία, 23

L.

Lacerna, 109
Laena, ibid
Lanista, 44
Lapides (per) distantiae numeratio, 6
Lararium et Lares, 12
Lares et Penates, pro Aedibus ipsis, ibid
Larium ornatus et usus, — ibid
Laterculum, 125
Latini Juniani, 60
Lator legis, — 74
Laudatio funebris, 116
Lecti convivales, 109
Lectisternium, 15
Legati, 101, 122
Leges militum, 132
Legio, 118
Lex annua, 89
— Duodecim tabularum, 95
Libare vinum, — 17
Libatio, ibid
Libertate (in) morari, 60
Libertatis cultus divinus, 13
Liberti libertini, 58
Libratores, 124
Libri sibyllini, 24
Licet, vel *extemplo*, 17
Lictores eorumque munus, 103
Litara, quae victima dicitur, 23
Lituae tubae, 126
Lituus baculus, 20
Loca sacra, 13
Locus Imperatoris, 125
Lorica, 120
Luceres vid. tribus,
Lucta, 42
Lucus, 14
Ludi, an ad sacra? a quo, et qua occasione instituti, eorumque distinctio, 39
— Apollinares, 49
— Capitolini, ibid
— Cereales, ibid
— Circenses, 49
— Decennales, 50
— Extraordinarii, ibid
— Floreales, 49

Ludi, Funebres, 116
—— Gymnici, 40
—— ubi edebantur, ibid
—— unde dicti, 41
—— Juvenales, 50
—— Martiales, 49
—— Megalenses, sive Megalesia, ibid
—— Natalitii, 50
—— Plebei, 49
—— Quinquennales, 50
—— Romani s: magni, 49
—— Saeculares, ibid
—— Scenici, 45
—— Stativi, 48
—— Trojae, quales, 42
—— unde nomen, a que inventi, et quid hic fiebat, 43
—— Votivi, 49
Ludos (ad) venite, quos nemo vidit, nec unquam videbit, ibid
Ludus, Ergastuli nomen, 44
Luna, 12
Lupercalia, 32 et 37
Luperci, 31
Lustrare, 18
Lustratio, 17
Lustratio Agrorum, 18
—— Hominum privatorum, ibid
—— ordinaria et populi, ibid
Lustrum, 90
—— *condere*, 18

M.

Mactare, 16
Magister Collegii, 20
—— Equitum, 93
—— ejus potestas et insignia, 93
—— Saliorum, 31
—— Societatis, 18
Magistratus, 70, 84
—— Extraordinarii, 85
—— Majores, ibid
—— Minores, ibid
—— Ordinarii, ibid
—— Provinciales, ibid. et 101
—— Urbani, 85
—— Urbani Majores, extraordinarii, ibid

Ma-

Magistratus Urbani Majores Ordinarii, ibid
——— Urbani Minores extraordinarii, ibid
——— Urbani Minores ordinarii, ibid
Magistratuum Privilegia et divisio, 85
Manipulus, 119
——— quot in legione, ibid
Mansiones, 127
Manum dare, 42
Manumissio, 59
——— censu et vindicta, ibid
——— Testamento, ibid
Manumissionis minus justae species, ibid
Mars, 11
——— *vigila*, 31
Mausoleum Augusti, 11
Mensae, 109
Mensarii, 101
Menses, eorumque nomina, 35
Mentis cultus divinus, 13
Mercurius, 11
Meridies, 37
Merkedonius mensis, 34
Metae, 39
Metari locum ad castra, 131
Milites, 117
——— e quibus classibus eligebantur, ibid
——— quot in cohorte, 118
——— Legione, ibid
Mimi, 48
Mina, 111
Minerva, 11
Ministeria in Castris, 128
Ministri Sacerdotum, 32
Missio Causaria honesta et ignominiosa, 120
Mitra, 109
Mola salsa, 16
Monopodia, 109
Munerarius, s. Munerator, ibid
Munia, 128
Municipes, 62

N.

N. L. quid notat, 72
Naeniae, 33 et 115
Natatio, 131
Naumachia, 44
Neptunus, 11
Nervae forum, 6
Nobiles, 57
Nomen deferre, 105
Nomenclatores, 79

Digitized by Google

Nomina Romanorum, 56
Nominis mutatio, 64
Nonae, 36
Notae Censorum, 90
Numera senatum, 84
Nummus, 111
Nuptiae, 112
——— quot modis contractae, ibid
Nuptiarum ritus, 113

O.

Obeliscus, 39
Odea, 10
οἰωνοπόλος, et οἰωνοσκόπος, 20
Oleum et operam perdere, 42
Olitorium forum, 6
Omen accipio, 21
Omina ab hostiis immolatis, 22
——— e cantu et volatu avium, 20
——— e Flamma, 23
——— e Pullis, 21
——— e Sanguine et extis, 23
——— e Tonitru et Fulmine, 21
Onera militum, 130
Optiones, 121
Orchestra, 45
Ordo, quid et quotuplex, 64
——— Equestrer, 67
——— Plebeius, 69
——— Senatorius, 65
Oscines aves, 21
Osiris, 13
Ossilegium, 116
Ovatio, 134

P.

P. C. quid notat, 66
Pacis cultus divinus, 13
Palaestra, 42
Palaria, 131
Palatium, 4
Πάλη, 42
Palilia, s. Parilia, 48
Palla, 109
Palladium, 25
Pallium, 107
Palma, victoriae Gladiatorum praemium, 45
Pancratium, 42
Pantomimi, 48
Parabatae (cursores) unde dicti, 41
Paranymphi, 113
Parazonium, 121
Par bene compositum, 44
Pater Patratus, 27
Patres, 65
——— conscripti, 66

Pa-

Patricii, 65
Patrii Dii, 12
Peculia, 116
Pecuniae, foenori datae, quando exigebantur, 98
Pedestris Scena, 9
Pedibus ire in sententiam alicujus, 88
Pedites, 119
Peditum locus in acie, 124
——— Sociorum locus in acie, 125
Penates, 13
Peregrini, 65
——— Dii, 13
Perditare, 93
Phalerae, 135
Pharetra, 123
Pietatis unicus divinus, 13
Pilani, 119
Pilatum agmen, 131
Pilum, 123
Piscarium forum, 6
Piscina publica, 4
Planipedes, 48
Plaudite, 47
Plebe (de) esse, quid? 69
Plebeii ordinis esse, quid? ibid
Plebeius ordo, ibid
Plebiscita, 80
Plutei, 124
Pluto, 12
Poenae in incensos statutae, 90
Poenae militum, 135
Bellice utroque ali quem laudare, 45
Pollux, 12
Poliorceticae machinae, 129
Pomoerium, 5
Ponticuli, 71
Pontificali honore, qui functi sunt, 19
Pontifices, ibid
Pontificatum, quamdiu retinebant, ibid
Pontificum coena, ibid
Popae, 33
Populus, 69
Porta Capena, 4
Portae Castrorum, 127
Portae Castrorum Praetoriae et Principales, ibid
——— Romae, 11
Porticus, 7
Postmeridies, 37
Potestas, 76
——— Provinciae, 102
Potestatis Tribunorum abusus, 99
Praecones, eorumque munus, 104
Praefectus annonae, 100
——— Fabrorum, 131
——— Urbi, qualis sub Augusto, 94
——— munus, 94
Praeficae, 33 et 115

Praemia militum, 33
Praenestina via, 6
Praenomen, 56
Praepetes aves, 21
Praerogativa, 73
Praes, 106
Praesul saliorum, 31
Praetextati, 108
Praetor, 87
——— Peregrinus, 88
——— Urbanus, ibid
Praetoria Cohors, 118
Praetoriana Castra, 5
Praetoris aetas, insignia et munus, 88
Prasina, aurigarum sectio, 40
Precandi ritus, 14
Priapus, 13
Primipilus, 121
Princeps senatus, 66
Principes, 119, 120
Principia (via castrorum) 127
Principium, 73
Privati, 70
Procestria, 127
Proconsul, 101
Proconsulum insignia, 102
Procubitores, 129
Proletarii, 54
Promulgare legem, 74
Propraetor, 101
Proprætorum insignia, 102
Proscenium, 46
Provincia Consularis vel Praetoria, 101
Pugilatus, 41
Pugio, 121
Pugna equestris et pedestris, 43
Pugnae signum, 126
Pulvinaria, 15
——— (*ad*) *omnia*, 14
Πυρομαντεία, 23
Pyrricha, 43

Q.

Quaestiones perpetuae, 105
——— perpetuae Ambitus, ibid
——— perpetuae Majestatis, ibid
——— perpetuae Peculatus, ibid
——— perpetuae Repetundarum, ibid
Quaestor, 97
——— Parricidii, ibid
——— Provincialis, ibid
——— Urbanus, ejusque munus, ibid
Quaestorum insignia et aetas, ibid

Quae-

Quaestorum munus in Provinciis, 102
Quatuordecim (in) sedere, 45
Quatuorviri viales, 100
Quietis cultus divinus, 13
Quindecimviri libris Sibyllin. inspiciundis, 24
Quinqueviri muris reficiendis, 100
Quirinus, 12

R.

Redamtruare, 31
Regia, domus Regis sacrorum, 28
Regina viarum, 6
——— uxor Regis sacrorum, 28
Regiones quatuordecim, 4
Repotia, 113
Repudium, 114
Res tuas habeto tibi, 114
Reum videri hoc fecisse, 106
Rex coenae, 110
——— sacrorum, s. sacrificulus, ejusque munus, 28
Rhamnensis tribus, 51
Rhea, 12
Ritibus quibus sacerdotes inaugurabantur, 19
Ritus in funeribus, 115, ibid
Rogatores, 72
Romae origo, 3
——— Regiones, vide Regiones,
Rostra, 7
Rudiarii, 45
Rudis, ibid
Rudsida, Aurigarum factio, 40

S.

Sacellum, 14
Sacerdote mortuo, quomodo novus instituebatur, 19
Sacerdotes, ibid
——— quis instituit, ibid
Sacrificantibus (in) Personis quae observabantur, 15
Sacrificia, 14
Sacrificiorum differentia, 17
——— ritus, 15
Sacrificium ambubium, 18
——— lustrale, ibid
Sagittae, 123

Sagmina, ornamentum fetialium, 28
Sagum, 109
Saliaria, 91
Salii, eorumque munus, 90
Salitio, 132
Saltus 42 et 131
Sanniones, 48
Saturnalia, 49
Saturnus, 12
Scenae genera, 46
Scenici ludi, vid. ludi.
Scholae, 10
Scribae, 103
——— Praetoris et Quaestoris, ibid
Scurrae, 48
Scutum, 122
Sella curulis, 85
Sellisternium, 15
Semones Dii, 12
Senatorem senatum mouere, 90
Senatores, 5
——— gentium majorum et minorum, ibid
——— Pedarii, 83
Senatorum aetas, 67
——— Census, ibid
——— Genus ordo, 66
——— Magistratus, insignia, 67
——— Senatorum Numerus, 65
Senatui, Populo Plebique, 40
Senatum (ad) referre, 82
Senatus, 81
——— auctoritas, 99
——— consultum, 83, 84
——— consultum per discessionem, ibid
——— Dimissio, 84
Sententiam, quomodo Judices ferebant, 105
Septicollis, unde Roma? 3
Sepulcra, 11
Sequestres, 79
Serapis, 13
Serra, aciei forma, 125
Serenare coelum, vel de coelo, 21
Sestertiium, 110, 111
Sestertius, ibid
Signa, 125
——— quant sacra? 126
Signiferi, 121
Socii Latini, 63
——— quomodo conscribebantur, 118
Sociorum divisio, 120
Sol, 12
Solisternium, 15
Sosigenis anni correctio, 34
Spina, 39
Sponsalia, 110
Sponsiones, 40
Sponsus et sponsa, ibid

S.

S. P. R. S. quid notat, 64
Stativa castra, 127
Statuae, 8
——— Equestres, 9
——— Pedestres, ibid
——— qua materia fiebant, ibid
——— Togatae, ibid
——— Triumphales, ibid
Statuarum usus et Jus, ibid
Stipendia militum, 132
Stipendia quot quisque conferre debebat, 117
Stola, 109
Studium et favor, 40
Strenae, quando mittebantur, 36
Subconsules, 122
Subucula, 108
Suburarium forum, 6
Succedanea hostia, 22
Succenturiones, 121
Suffectus consul, 87
Suffragia ferre et describere, 71, 72
Suffragii Jure aliquem privare, 55
Suovetaurilia, 18, 90
Supplicatio, 14
——— in honorem Ducis, 133

T.

Tabellae, 74
Tabernae, 11
Tabernaculum Consulis, 77
Taedae, pro Nuptiis, 113
Talasius, s: Talassio, ibid
Talentum, 111
Tatiensis tribus, 51
Telum, 123
Templorum numerus, 8
Templum quid? 13
——— Aureum, 8
——— *Coeli pars*, 20
Temporis ordinatio ad quem pertinebat, 33
Tempus, ibid
Tessera et Tesserarius, 128
Testamenta, ubi reponebantur, 26
Testudo, 123
Thalamus, 113
Theatra, 7 et 45
Theatra, quomodo condita et quot, 7
Thermae, ibid
Titus Tatius, 4
Toga, 10
——— Picta, Pulla et sordida, ibid
Torques, 135
Tragica, 46
Tragoedia, 57
Trahere victimam ad aram, 22
Trajani forum, 6
Transtiberina regio, 4

Trans-

Transvectio annua, 69
Triarii, 119
Triarios (ad) res redit, ibid
Tribuni Militum, eorumque munus, 116
——— Milit. Consulari potestate, 95
——— Plebis, 97
——— Sacrosancti, 98
Tribunorum plebis origo, ibid
——— Collegae, ibid
——— munus, ibid
——— potestas, ibid
——— utilitas, 99
——— utrum sub Imperatoribus, 99
Tribunus a tribu, 51
Tribus, 50
——— Rhamnensis, etc. 51
——— Rusticae et Urbanae, 51
Tributa, vide Comitia,
Triclinium, 109
Tripudium solistimum et Terripavium, 21
Triumphandi ritus, 133
Triumphus, quando concessus, ibid
Triumviri Capitales, 99
——— Monetales, 100
——— Nocturni, ibid
Triumviri Reipublicae constituendae, 96
Triumvirorum origo, ibid
Troja, ludus, 43
Tubae, 126
Tunica exterior, 108
——— interior, ibid
——— Laticlavia, ibid
——— Recta, ibid
Turma, 119
Turres, 124
Turris, aciei forma, 125

U.

Umbra, 110
Uncta et nitida Palaestra, 42
U. R. quid notat, 71
Uragi, 121
Usurae Romanorum, 36
Usus in Nuptiis, 112
Utensilia, 130
Uxor, 113

V.

Vallum Castrorum, 127
Vallus, onus militum, 106
Vas, 106
Vasa conclamare et colligere, 131

Ve-

Velites, 119
Velitis, Jubeatis Quirites, 71
Venatio, 43
Venationis distinctio, ibid
Venatores, ibid
Veneta, aurigarum factio, 40
Venus, 11
Verberatio, 135
Vernae, 58
Vertumnus, 13
Vesta, 11
Vestes, 107
Veto, 77, 99
Vexilla, 125, 135
Via Appia, 6
— Collatina, ibid
— Flaminia, ibid
— Momentana, ibid
— Praenestina, ibid
— Sacra, ibid
— Vaticana, ibid
Viae, ibid
— directae, 124, 127
— Privatae, 6
— Publicae, ibid
— transversae, 124, 127
Viarum distantiam, quomodo numerabant, 6
— Regina, ibid
Viatores, 104
Vicesimatio, 135
Victimae, 16
— quae partes Diis et Sacerdotibus dabantur, 17
— quae pars Sacrificanti servabatur, ibid
Victimarii, 33
Vigilatores, 129
Vigiliae, 128
Vigiliarum ratio, ibid
Vineae, 124
Virgines Vestales, 24
Virginum Vestalium aetas, 25
— leges, ibid
— Munus, ibid
— Nuptiae, malum omen, ibid
— Supplicium, si ignem sua culpa extingui passae fuerant, ibid
— violatarum poena, ibid
Virgo Maxima, 25
Virtutes, quae colebantur, 13
Vita Gladiatoris victi, unde pendebat, 43

Vi-

Vita hominum stadio comparatur, 41
Vitta, 109
Vota concipere et nuncupare, 14
Voti damnari, ibid
Votum solvere, ibid
Vulcanus, 11

Z.

Zona, 119

FINIS.

Digitized by Google

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pagina 25. *Non debebant minores* etc. legatur: Non debebant minores esse annis sex, nec majores annis decem.

DE ASSE *ad pag.* 110.

As apud Romanos tamquam elementum totius rei nummariae, nomen habens a nomine *aes*, significabat non modo certam *pecuniam*, sed et certum *pondus*, et certam *mensuram*. As igitur sua natura nihil aliud erat, nisi aes, sive massa aerea, quae ante nummos signatos appendebatur, mensuram librae pondo explens. Postea, quum Servius Tullius Rex nummos aereos signare instituisset, hi quoque *asses* vocati sunt, quoniam quisque librae pondo respondebat. Postea autem assium pondus saepius imminutum est, factique asses *sextantario* pondere, id est duarum unciarum. Postea *unciales* (*), ita ut XII. asses unam libram pondo,

(*) Hae duae assium imminutiones factae sunt, ut ingens aes alienum, quod aerarium bello Pun. I. et II. contraxisset, expungeretur.

Digitized by Google

do, sive assem antiquum, aequarent; denique etiam *semiunciales*. Ne igitur asses minoris ponderis cum vetustis assibus librariis miscerentur, hos appellare placuit *aes grave*, a quo differt *aes rude*, id est massa pensilis, nec signata pecunia: *aes* vero *grave* est signatum, opponiturque assibus sextantariis, uncialibus et semiuncialibus; vid. PERIZONIUS *de aere gravi*, et BUDAEUS *de asse et partibus ejus*.

DE DIVISIONE ASSIS.

As, seu gravis, seu levis, constanter dividebatur in XII. uncias. Hinc omne totum et integrum apud Romanos, v. c. hereditas, in XII. portiones distribuebatur, adeoque *Heres ex asse* est is, qui solus integram hereditatem accipit: *Heres ex semisse*, qui dimidiam partem, et ita porro; ut facile cognosci potest ex sequenti tabula, in qua notata est divisio assis in partes.

As	$\frac{12}{12}$	valebat	uncias	XII.
deunx	$\frac{11}{12}$	——	——	XI.
dextans	$\frac{10}{12}$	——	——	X.
dodrans	$\frac{9}{12}$	——	——	IX.
bes	$\frac{8}{12}$	——	——	VIII.
Septunx	$\frac{7}{12}$	——	——	VII.
Semis	$\frac{6}{12}$	——	——	VI.
quincunx	$\frac{5}{12}$	——	——	V.
triens	$\frac{4}{12}$	——	——	IV.
quadrans	$\frac{3}{12}$	——	——	III.

Sex-

Sextans	$\frac{1}{6}$	——	——	II.
Uncia	$\frac{1}{12}$	——	——	I.

Haec, ut tironibus utilissima, addenda putavi: minora vitia corrigant ipsi lectores.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google